

29, 2.
X

Zu der
öffentlichen Prüfung der Schüler
des hiesigen
Gymnasiums zu St. Maria Magdalena,
welche zum Beschluss des Schuljahres
am 17. und 18. März
im grossen Hörsaal veranstaltet werden soll,
so wie

zu der Redeübung am 19. März

ladet ehrerbietigst ein

Dr. Carl Schönborn,
Director, Rector und Professor.



- I. Panyasidis Halicarnassei Heracleadis fragmenta praemissis de Panyasidis vita et carminibus commentationibus edidit Dr. Ioh. Pistoth. Tzschorner.
II. Schulpflichtige, verfasst vom Rector.

Breslau, 1842.

Gedruckt bei Grass, Barth und Comp.

965
27 (1842)

No. 498

Öffentliche Prüfung der Doktoren

Gesetzliche Prüfung der Doktoren



Am 10. März 1860.

PROOEMIUM.

FRIDERICI RITSCHELII impulsu atque auctoritate commotus ego septem abhinc annis disputationem de Panyaside, epico poeta, institueram eiusque carminis reliquias conqueriram, quae etiam tum multis locis disiectae exstabant. Quod prius C. G. Muellerus Cycl. Epic. p. VII. praestitum sese promiserat, id ego tum peculiari dissertatione persecutus eram, cuius prior pars academica auctoritate Vratislaviae 1836. prodiit: posteriorem in aliam occasionem seposui. Nunc utramque in hoc libello coniunctam edidi.

Eodem fere tempore in eadem materia versatus est C. Ph. Funckius, qui eodem consilio dissertationem suam Bonnae 1837. edidit. In singulis quibusdam rebus, ut natura rei fert, Funckium vidi mecum consentientem, in plerisque non item. Post meas et Funckianas disquisitiones F. A. Ecksteinus denuo eandem materiam in Encyclopaedia Universali Hal. 1838. retractavit.

Is igitur poeta, qui tam diu prorsus fere neglectus erat, identidem nostra memoria tractatus et retractatus est: ita ut ei materiae iam possit videri abunde satisfactum esse. Sed etiam nunc valet, quod iam tum valuit semperque valebit, nihil exoptatius esse, quam ut si qua quaestio sit in tanta rerum dubitatione posita, ut qui eandem iteret ea, quae iam alii ante iisdem de rebus senserint, diversa argumentandi ratione confirmare aut refutare possit aut posse sibi videatur, identidem instituatur, ut quid sit aut ipsum verum aut saltem veri simile indagetur. Atque de Panyaside quaestio ea est conditione et natura. Itaque quae ante a me scripta erant, iterum recognovi et si quid ab aliis rectius dictum inveni in usum meum converti: quae probabilia aut saltem non improbabilia mihi videbantur, ea intacta reliqui.

Cuiusmodi dissertationum ratio cum duplex esse soleat, altera quae de vita scriptoris agat, altera quae sit de scriptis: ego quoque eam secutus sum. Sed cum quam maxime referat ad scriptorem recte iudicandum, nosse eius vitam et publicam et privatam, mores, institutionem, consuetudinem, et quidquid aliud huc pertinet, eas res constitui eo copiosius perscribere, quo parciores in his eos vidi, qui eandem materiam tractaverunt.

Prius tamen quam ad rem ipsam accedo, recentiorum eos indicabo, qui de Panyaside vel in transcurso vel dedita opera scripserunt. Sunt autem fere hi:

- Lil. Gyraldus De hist. poet. Gr. Dialog. III. p. 300. sqq. Bas. — Opp. omn. Vol. II. p. 100. Bas.
 G. J. Vossius De hist. Gr. IV, 6. p. 367. Lugd. B. — p. 34. sqq. Westerm.; De poet. Gr. 5. p. 27. Amst.
 Thomas de Pinedo in Commentariolo auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus, in Steph. Byzant. ed. Lips.
 Vol. IV. p. 62.
 J. A. Fabricius in Bibl. Gr. Vol. I. p. 734. sqq. Harl.
 Tanaquil Faber in Vit. poett. Gr. in Gronov. Thes. Gr. Antiquit. Vol. X. p. 771. sqq.
 J. G. Heynius ad Apollod. Bibl. ed. 2. Tom. II. p. 161. 177. 327. 370.
 P. H. Larcherus in libro Histoire d'Hérodote traduite de Grec. Tom. I. p. LXVI. sqq.
 Fr. Schlegelius in libro Studien des class. Alterth. I. Sämmtl. Werke. Tom. III. p. 228. sqq.
 Anonymus in C. P. Funkii libro Real-Schul-Lexicon. Tom. IV. p. 71. sqq.
 A. Ferd. Naekius in libro qui inscribitur Chœrili Samii quae supersunt. p. 14. sqq.
 A. Weichertus Ueber das Leben und Gedicht des Apollon. v. Rhodus. p. 245. sqq.
 C. O. Muellerus in libris Die Dorier. Tom. II. p. 471. sqq.; Geschichte der Gr. Litt. Tom. II. p. 296.
 C. Heysius De-Herodoti vita et itineribus. p. 12. sqq.
 A. Vogelius de Hercule secundum Graec. poet. et histor. antiq. descript. Progr. Hal. Sax. 1830. p. 17. sqq.
 J. Tranér de Panyasid. Halic. Symposiac. Gr. poet. Upsal. 1833. Hoc libello non usus sum.
 H. Ulricius in libro Geschichte der Hellenischen Dichtkunst. Tom. I. p. 501. sqq.
 F. P. Funckius De Panyasid. Halic. vita ac poesi. Dissert. inaug. Bonn. 1837.
 H. Bodius in libro Geschichte der Hellenischen Dichtkunst. Tom. I. p. 504. sqq.
 F. A. Ecksteinus in Erschii et Gruberi Encyclop. Univers. Hal. Sect. III. P. I. p. 8. sqq.
 J. G. Th. Graessius in libro Lehrbuch der Litteraturgeschichte. Vol. I. P. I. p. 161. sq.
 J. Ch. G. Schinckius in libro Geschichte der Griech. Litteratur. p. 98.
 F. Duebnerus in ed. fragm. epic. adj. ed. Hesiod. Didot. p. 13. sq.

Aliorum doctorum libros inspicere non potui. Sed eos omnes, quos nominavi, quamquam in disquisitione instituenda, ut debui, diligenter consului, nunquam tamen temere secutus sum, sed semper ad ipsos antiquitatis testes provocavi. De Panyaside autem quae ab antiquis scriptoribus perscripta accepimus, paucula tantum sunt. Quam ob caussam maximopere est dolendum, quod Photius eo despicientiae poetarum processit, ut ex trecentis fere libris, quos excerptis, Procli Chrestomathiae Grammaticae, unius qui de poetis est libri, ne iustum quidem epitomen conficeret, praesertim cum ipse Procli Chrestomathia in brevius contracta ute retur. Scripsit enim Eutychius Proclus Siccensis, Grammaticus alterius p. Chr. n. saeculi*), Chrestomath. Gram. libb. IV., in qua de diversis poesis generibus disputavit deque optimis in quoque genere poetis ita egit, ut eorum vitas et carmina carminumque argumenta exponeret: quae pauca Photius in Bibliothecam suam recepit. De Panyaside nihil nisi nomen servavit. Dicit enim cod. 239. *Γερόνασι δὲ τοῦ ἔπους ποιηται [πέντε], κράτιστος μὲν Ὁμηρος, Ἡσίοδος, Ηείσανδρος, Πανύασις, Ἀντίμαχος. διέρχεται δὲ τοινών, ὡς οἰόν τε καὶ γένος καὶ περιόδας καὶ τινας ἐπὶ μέρους πράξεις.* Alios Suidas nominat, quorum tamen nihil praeter id, quod ille affert, aetatem tulit. Quare quem ad modum in multis aliis eiusmodi quaestio-nibus, ita in quaestione de Panyaside est ab unius Suidae memoria proficiscendum, cuius verba, ut omnis disputatio ad maiorem firmitatem adducatur, integra huc apponam, ut Gaisfordius edidit. *Πανύασις, Πολυάρχον, Ἀλικαρνασσεύς, τερατοσκόπος καὶ ποιητής ἐπῶν. δὲ σβεσθεῖσαν τὴν ποιητικὴν ἐπανῆγαγε. Λοῦρις δὲ λιοκλέοντς τε παῖδα ἀνέγραψε, καὶ Σάμιον· ὄμοιος δὲ καὶ Ἡρόδοτος Θούνιον. Ἰστόρηται δὲ Πανύασις Ἡρόδοτον τοῦ ἱστορικοῦ ἐξάδελφος.*

*^y) Vid. Welcker. Epic. Cycl. p. 3. sqq.

Γέγονε γὰρ Πανύασις Πολυάρχον, ὁ δὲ Ἡρόδοτος Λύξον, τοῦ Πολυάρχον ἀδελφοῦ. τινὲς δὲ οὐ
Λύξην, ἀλλὰ Ροιῶ, τὴν μητέρα Ἡρόδοτον, Πανύασιδος ἀδελφῆν ἵστοροςαν. Ὁ δὲ Πανύασις
γέγονε κατὰ τὴν οὐράνιαν πόλιν πολλῷ πρεσβύτερος· καὶ γὰρ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν.
Ἀνηρέθη δὲ ὑπὸ Λυγδάμιδος τοῦ τρίτου τυραννήσαντος Ἀλικαρνασσοῦ. Ἐν δὲ ποιηταῖς τάττε-
ται μερὶς Ὅμηρον κατὰ δέ τινας καὶ μερὶς Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον. Ἐγραψε δὲ καὶ Ἡρακλειάδα
ἐν βιβλίοις τούτοις εἰς ἔπη φ. Ἰωνικὰ ἐν πενταμέτρῳ, ἕστι δὲ τὰ περὶ Κόδρον, καὶ Νηλία, καὶ τὰς
Ἰωνικὰς ἀποικίας εἰς ἔπη φ. Haec verba Eudocia, ut fere solet, in Viol. ap. Villois. Anecd.
Gr. Vol. I. p. 357. ita in brevius contraxit: Πανύασις, Πολυάρχον, Ἀλικαρνασσεῖς, ποιητὴς
ἐπτῶν καὶ τερατοσκόπος. ὃς σφεσθεῖσαν τὴν ποιητικὴν ἐπανήγαγε. γέγονε κατὰ τὴν οὐράνιαν πόλιν
πιάδα· κατὰ δέ τινας ἐπὶ τῶν Περσικῶν. Ἀνηρέθη ὑπὸ Λυγδάμιδος τρίτου τυραννήσαντος Ἀλι-
καρνασσοῦ. Ἐν δὲ ποιηταῖς τάττεται μερὶς Ὅμηρον, κατὰ δέ τινας μετὰ Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμα-
χον. Ἐγραψε δὲ καὶ Ἡρακλειάδα ἐν βιβλίοις τούτοις εἰς ἔπη φ. Ἰωνικὰ ἐν πενταμέτρῳ. ἕστι δὲ τὰ
περὶ Κόδρον καὶ Νηλίων, καὶ τὰς Ἰωνικὰς ἀποικίας εἰς ἔπη φ.

Cum hac narratione ea sunt coniungenda atque comparanda, quae apud alios scriptores
deprehenduntur, praesertim cum Suidae verbis diversae et inter se repugnantes sententiae
contineri videantur, ut cognoscamus, quantum de hoc poeta omnino scire possimus. Sed
singula singillatim disputemus.

CAPVT I.

DE NOMINE POETAE.

Primum inquirendum est, quae vera nominis scriptura esse videatur. Propria quidem
nomina saepenumero librariorum negligentia depravata esse, ii non ignorant, qui antiquos
scriptores tractare critica ratione solent: cuius rei vel innumerabilia fere possent exempla afferri,
si, ubi res ipsa loquitur, omnino opus esset exemplis. Sed non facile invenias quemquam,
cuius nomen magis corruptum sit, quam huius poetae, de quo agimus. Idem iam L. Gyral-
dus hisce verbis affirmit Nomen in plerisque Quintiliani et Hygini aliorumque
codicibus inverse legitur. Nam praeter primam litteram P omnes reliquae diversis locis
non raro incredibiliter corruptae inveniuntur, qui loci si codices etiam ob has leviculas res ac-
curatius inspecti erunt, sine dubio facile augeri poterunt. Sed in eiusmodi rebus priores edi-
tores non multum curae posuerunt, et ipse quoque hoc loco rem silentio praeterirem, nisi mihi
persuaderem, de nominis scriptura vulgata et apud nos ab omnibus recepta non sine aliqua
probabilitate ambigi posse. Quemadmodum autem non incuriosi in nostris ipsi nominibus vel
scribendis vel pronuntiandis solemus esse: sic de alteris, quantum id fieri potest, libidinem
vitamus. Itaque etiam in Panyasidis nomine eandem aequitatem exercere debemus. Sed cum
nominis formam in discrimen voco, id non ita intelligi volo, ut protinus pro subdubitata forma
in usum vulgarem recipiatur altera, quae fortasse non minus incerta potest videri: sed
ut per dubitationem veritas inveniatur vulgataque forma aut una vera prodeat, aut alteram

non falsam propter se patiatur. Quaeritur enim, num sit scribendum simplici duplice *ηανίασις* an *ηανίαστις*. Ad alterutram formam omnes corruptelae referri possunt. Vulgaris scriptura *ηανίαστις* aut integra servata est aut facile ex corruptelis cognosci potest in his locis: ap. Dionys. Halic. cens. vett. poet. II, 4.; Quint. X, 1, 54. Panesium Paris. I., Panyasin Paris. 2. sec. m.; Athen. II, 36. D. *ηανίαστις* Paris. C., ib. 37. A., XI, 498. D.; Apollod. Bibl. I, 5, 2.; Clem. Alex. Strom. VI, 2, 25.; Steph. Byz. vv. Ἀσπις, Βερβίη, Τρεμίλη; Suid. vv. *ηανίαστις*, Ἀντίμαχος, Χοιρίλος, οἶνος; Phot. Bibl. cod. 239., *ηανίαστις* fragm. in Bibl. vett. litt. Gotting. I. p. 7.; Hesych. v. Ἡόην (Phav. Lex.); Hieronym. interp. Euseb. Chron. Ol. 72. 4. Paniasus; Syncell. Eclog. Chronogr. p. 248. C. *ηανίαστις* teste Goario, qui nomen mutari iubet in *ηανίαστος*, *ηανίαστις* teste Aucher. in Euseb. Chr. Armenie. interpr. Vol. II. p. 207., *ηανίαστις* Dindorf. Vol. I. p. 472. num ex codd. Paris. an ex Scaligeri conjectura non liquet*); Eratosth. Catast. XI. (Phav. Lex. v. καρπῖνος); Schol. Germ. Arat. Phaen. 146., 64. Pannasis; Prob. Virg. Ecl. II, 24. Pannyasis Mediol. 1511., Pannasis Venet. 1514., Pamnyasis Duentz., *Panocus* Cod. bibl. Reg. ap. Duebn. p. 19.b.; Io. Tzetz. in iambis editis a Duebn. in Mus. Rh. IV, 3. p. 393 sqq. v. 171. *ηάνιστις*, quam eadem formam exhibent codd. Meerman. B. et Barrocc. ap. Cramer. in Anecd. Ox. III, 340, 1. Cramerus edidit *ηανίαστις*; eund. in Proleg. ad Hes. Vol. II. p. 13. Gaisf. *ηανίαστις* Vulg., *ηάνιστις* Paris. G. Trinc., *ηανάης* Paris. F.; Andronic. in Bekk. Anecd. Gr. Vol. III. p. 1461. *ηάνιστις*; Is. Tzetz. ad Lycophr. Vol. III. p. 251. Mueller. *ηανίαστις* Vulg. (sed cf. Phavor. Lex. v. ποιητής); Schol. II. I, 591. *ηανίαστις* Villois. Bekk. Bachm. Cod. Leidens. teste Wassenb. *ηανίαστις* Venet. Lips., *ηενάστις* Amstel. Reg. Paris.; Etym. M. v. βῆλός *ηανίαστις*; Schol. II. XXIV, 616; Schol. Od. XII, 301.; Schol. Pind. Pyth. III, 177.; Schol. Eurip. Alcest. 1. *ηανίαστις*; Schol. Apoll. Rhod. Paris. IV, 1149. *ηάνιστις*; Gramm. Byzant. Anonym. Epist. XXI. in Cramer. Anecd. Ox. III. p. 189, 22. *ηανίαστις*; Schol. Oppian. p. 8. Rittersh. *ηανίαστις*. Sylburgius si ad Etym. M. 266, 16. in πάσι opinatus est latere *ηανίαστις*, non recte fecit. Vid. fragm. fals. 5.

Altera forma appetat aut facile restitui potest in his locis: ap. Apollod. Bibl. III, 10, 3. 13, 4.; Clem. Alexand. Protrept. II, 35. 36. bis.; Schol. Paris. ad h. l. Vol. IV. p. 107. Klotz; Arnob. Disp. adv. Gent. IV, 29.; Gramm. Bibl. Coisl. p. 597.; Schol. Vulg. Apoll. Rhod. IV, 1149. *ηανίαστις*; Hygin. Poet. Astr. II, p. 65. A. *Paniastis* teste Ecksteinio; Macrob. Saturn. V, 21. *Pimastis*. Eodem dicit alterius Panyasidis nominis forma, quae exstat in Codd. Artemid. Oneirocr. I, 2. teste Reiffio Tom. II. p. 218. *ηανίστη*. In reliquis locis scriptura inter utramque formam fluctuat: ap. Athen. IV, 172. D. *ηανίαστιν* Vulg. *ηανίαστιν* cod. Laurent.; Stob. Floril. tit. XVIII, 22. *ηανίαστος* Froben., *ηανίαστον* Trinc.; Pausan. IX, 11, 1. *ηανίαστις* Vulg., *ηανίαστις* codd. Ald. Vindebon. a. Lugdun. b., X, 8, 5. *ηανίαστις* Vulg. et codd. Mosquens. Paris. c. Lugdun. b., *ηανίαστις* Vindeb. ab. Angelic. Lugdun. a., X, 29, 4. *ηανίαστις* Vulg. et cod. Mosq. (*ηάνιαστις?*) codd. Paris. c. Angelic. Lugdun. b., *ηανίαστις* Vindeb. b., *ηανίαστις* Vindeb. a. Lugdun. a.

*). Paniasus habet etiam Aucher. Quo modo nomen in A. Maii Scriptt. Vet. Tom. VIII. scriptum sit nescio.

Videmus non modo diversos scriptores sed etiam unum eundemque diversis locis diversam scribendi rationem sequi. Sed quoniam orthographia non omni tempore eadem est quaeri potest, num posterioris antiquitatis scriptorum usus certis finibus circumscribendus sit. Fieri enim potuit, ut illi in scribendis nominibus propriis, quorum variae formae exstabant, prout vel ipsum antiqui scriptoris librum ante oculos haberent, vel eius notitiam aliunde peterent, vel nomen memoriter afferrent, aut antiquam aut suae aetatis consuetudinem sequerentur. Quam ob caussam Schubartii et Walzii rationem probare non possum, qui Pausaniae constanter unam eandemque scripturam etiam si non sine aliquibus codicibus obtrudunt. In peculiari autem scriptione unam formam dicere genuinam debemus. Optio data est utrum malimus *Πανίασις* an *Πανύασσις*. Sed res difficilis est ad eligendum. Codices nihil decernunt. Ex etymologia nominis scripturam constituere res anceps atque lubrica est. Tum, cum primum de nomine quaestionem instituebam, formam quaerebam, ex qua diversitas scripturarum deduci posset, et collatis nominibus *Εὐτρησίς*, *Ἀράξις*, *Ηρᾶξις*, *Ζεῦξις*, *Σῶσις*, *Ἄντις* aut *Ἄντις* cogitabam, nomen a verbo quodam duci posse. In mentem mihi venit verbum *ἴαμαι* et adiectivum *ἴας*, a quibus nomen appellativum fuisse ductum *πανίασις* [~--~]*), et ab hoc ortum esset *Πανύασσις* [~--~] et propter pronuntiationem α longi *Πανύασσις* mutato i in v, quae mutatio in nominibus propriis non est insolita. Eius rei exempla assumpsi a Welckero Ep. Cycl. p. 219. n. 334. 335. *Κρεώπων*, *Ἐριφύλη*, *Κυλλαός*, *Αυρινίων*, *Δυσαύλης*, *τρυγάλεια*; contraria *Κινατθων*, *Φιλλινρίδης*. Exempla quadrare negat Ecksteinus. Rationem non perspicio. Etiam minus intelligo, quid Ecksteinus his sibi exemplis velit ἄροσις, ὑμβασις, ἄφεσις, quibus longum α impugnari posse opinatur. Debent eiusmodi nomina appellativa conferri ἀγαλλίασις, ἀκρόασις, δειλίασις, ἐστίασις, θυμίασις, ἵσις, ἐπιμειδίασις, πνίασις, ὀχρίασις, in quibus α ob etymologiam producitur, aut talia γεινίασις, ἐνδοτίασις, ἡλίασις, ἐνθείασις, σπενάσις, quae ob eandem caussam α breve habent. Praeterea tum comparavi nomina *Ἀμάσις* [Lucan. Phars. IX, 154. Non mihi pyramidum tumulis avulsus Amasis.], *Φάσις* [Hes. Th. 340. Φάσιν τε 'Ρῆσόν τε Ἀχελῷον ἀγνοοῦσινγ.], quamquam neque in his vocalis ante αοις syllabus legitur aut id genus διττογραφία observatur, neque in illis, quae fortasse etiam minus recte**) adiunxi: *Ὑφασις*, *Ἄντις* (*Ὑασις*, *Οασις*), *Εὐτρησίς*, *Τίγασις*. Propter Panyssam, fluvium Thraciae, et Panyassum, fluvium Illyridis Graecae, cogitari posset de verbo νω. Sed missam facio etymologiam. Aliam originis vocabuli rependae rationem iniit Sturzus qui, teste Ecksteinio, in Opusc. p. 105. nomen ita interpretatur, ut sit valde sordidus et ad Copronymi nomen provocat. Si cogitat de nomine νς, conferri possunt *Porcius*, *Suilius*.

Nomen Panyasidis videtur iis nominibus adnumerandum esse, quae eadem modo simplici, modo duplice α scribuntur, qualia sunt *Παρνάσσος*, *Κασανδρος*, *Λάσος*, *Βῆσσα*, *Ινησα*, *Κηφισία*, *Γλύσας*, *Κρίσων*, *Ἀμβρόσος* et sescenta alia et huius et alias generis. Sunt quidem haec et

*) Nolui formam *Πανίασις* reliquis preferri aut etymologiam defendi forma *πανίαης*, ut Ecksteinus dicit.

**) Ecksteinus vituperat, quod nomina Amasis, Phasis, Hyphasis comparavi, cum haec sint peregrina nomina, quibus nihil de pronuntiatione Graecorum nominum possit decerni. Sed Graeci peregrina nomina ad exempla suorum pronuntiarunt, ita ut ex his retro concludi possit de illis.

horum similia exempla inter se diversa ad accentum, ad etymologiam, ad alias rationes, omniaque eo recedunt a Panyasidis nomine, quod hoc in antepenultima syllaba vocalem habet. Proxime accedit fluvii nomen Panyasus sive Panyassus. Sed quamvis sint diversa, in duabus rebus inter se consentiunt: in ῥ vel semel, vel bis posito et si quid video in longa vocali ante ῥ. Priorem etiam in Panyasidis nomine observatam videmus: alteram si coniicimus ipsam quoque locum habere, non vereor, ne quis hoc temere dictum esse iudicet. Fac hoc sit verum, tum nomen, sive Πανύασις sive Πανύασσις scribas, pronunties Panyasis aut Panyassis. Sic ratio alterius ῥ perspicitur. Scriptores enim ut syllabam producendam esse significarent, ῥ duplicebant. Aliam caussam alterius ῥ, quod in eiusmodi nominibus legitur, Bastius afferit in Hemsterh. Plut. ed. Schaeff. p. 520. Graeci recentiorum temporum simplex ῥ legunt ut duplex: ideo toties confusa ῥ et ῥ.

Ceterum veri simillimum videtur, diversas formas eiusmodi nominum pertinere ad diversas Graecorum aetates: alteram esse antiquorem, alteram posteriorem. Sed utram dices antiquiorem? De uno illorum nominum certum exstat testimonium. Eustathius enim ad Od. XIX, 466. Παρνησόνδρῳ θλύόντα p. 1872, 52 = 706. haec dicit: ἡ δὲ διὰ τῶν δύο ῥ γραφὴ τοῦ Παρνησσοῦ κατήγοραι παρὰ τοῖς ἴστερον. Ipse Eustathius et in Homeri verbis et in suo commentario posteriorem rationem sequitur, quamquam prioribus aliam consuetudinem planis verbis assignat. Quod de Parnasso dicit, id pertinet ad totum genus nominum in ησός exeuntium. Vid. Spitzn. ad II, 690. Fortasse hic usus etiam latius patet.

Obiecerit forsitan quispiam, si verum esset, ῥ producendum esse, nomen, cum poeta Ionica dialecto uteretur, ῥ vocali scribendum fuisse Πανύασις. Recte quidem, si poeta fuisse Ion. Ionom autem non fuisse, sed Doriū infra videbimus. Ceterum poetas genere Dores, etiamsi Ionica dialecto uterentur, nomina sua non immutasse Agiae Troezenii, Agesiae Salaminii, Eugamonis Cyrenaici, Stasini Cypri exemplis probatur.

Unum tantum restat, quo sententia, ῥ esse longum, ultro corruere videtur. Rufi Festi Avieni dico auctoritatem, qui Arat. Phaen. 175. sq. ῥ corripit:

Panyasi sed nota tamen, cui longior aetas
Eruit excussis arcana exordia rebus.

Huius auctoritate Frotscherus in ed. Quint. p. 301. et Forcellin. in Lex. uti debebant, qui ῥ breve esse significant. Sed Avieno in eiusmodi rebus nihil tribuendum est, cum exemplis probari possit illum in Graecis nominibus pronuntiandis eam rationem sequi, quam Priscianus p. 1287. sq. Putsch. Tom. II. p. 363. Krebl. his verbis tradit: in interiectionibus et in peregrinis verbis et barbaris nominibus nulli sunt certi accentus ideoque in potestate uniuscuiusque consistunt, ut, quod necessarium videat, sic in metro ponat. Praeter cetera duo exempla afferam: Hellanici nomen et adiectivum Chius: quorum prius apud Graecos hoc metrum habet: - - - , apud Avienum Or. mar. 43.: - - - ; posterius apud Graecos: - - , apud Avienum Arat. 251. 1179.: - - . Si Avienum sequeremur, prius ῥ nobis producendum esset, quod nemini puto probatum iri. Sed missam faciamus hanc quaestionem: ad aliam eamque graviorem transgrediamur.

CAPVT II.

DE PATRIA ET GENTE PANYASIDIS.

De patria et gente Panyasidis cum ipsos veteres in contrarias discedere sententias repe-
riamus, ad certum quoddam iudicium pervenire difficile est. Primum enim de patre ambigi-
tur, cui Suidas Polyarcho^{*)} nomen fuisse dicit: contra Duris Suida auctore Panyasim Dioclis
filium fuisse affirmat. Suidae vero testimonium, quod de patre Pausaniae auctoritate confir-
matur, a quo X, 8, 5. Πανύασις ὁ Πολυάρχον appellatur; de patria approbatur a Clemente
Alexandrino, qui Strom. VI, 2, 25. haec habet Πανύασις τε ὁ Ἀλικαρνασσεὺς — Suidae igitur
testimonium praferendum esse videtur, quamquam hoc mirum est, quod Duris, qui diligens
scriptor habetur, tam insigniter erravit. Duris enim cum ipse Samius esset et de Panyaside
sine dubio in Samiorum Annalibus scriberet, verum reliquis scriptoribus facilius invenire potuit.
Sed cum nomen utrumque Polyarchi et Halicarnassei pari modo cum Panyasidis nomine con-
iungatur: veri est simillimum, a Pausania cum Polyarchi nomine simul Halicarnassei nomen,
et a Clemente Polyarchi nomen cum nomine Halicarnassei agnoscit, ita ut contra unum Durim
tres auctores existant adversarii. Itaque nihil relinquitur, nisi ut a Duride aut errorem com-
missum aut alium quandam Panyasim significatum esse statuamus. De errore cogitari nequit,
cum Duris rerum auctor haberetur gravissimus**). Alius Panyasis a Suida commemoratur:
Πανύασις, Ἀλικαρνασσεύς, νεότερος (quam poeta), *φιλόσοφος, περὶ ὀνείρων βιβλία β'.* Sed
hic quoque Halicarnasseus vocatur. Attamen Suidas, quem saepius scriptores eiusdem nomi-
nis temere permutasse constat, horum quoque Panyasidum personas confundere potuit, ita ut,
cum a Duride philosophum Panyasim cogitante Panyasidis Samii, Dioclis filii, mentionem
fieri legeret, poetam Panyasim illustriorem significari crederet. Sed Suidae propugnator
existit Artemidorus, qui in Oneirocriticis hunc Panyasim ter nominat, eumque, quamquam
non ipsis verbis auctorem libri de somniis significat, tamen propter materiam utrique eandem
solum intelligere potest, et, ut loci illi demonstrant, vere intellexit. Bis (1, 2, 64.) Halicar-
nasseum appellat, semel (II, 35.) eius mentionem facit sine patriae significatione. Inde tam-
en nondum sequitur, Dioclis filium et Panyasim philosophum non unum eundemque esse
posse. Poterat enim alterutro loco natus, altero versatus esse et ab utroque cognomentum
trahere. Nam qui ortu fuit Halicarnasseus, is propter habitationem Sami etiam Samius vo-
cari, et vicissim qui Samo oriundus fuit, is ob eandem caussam Halicarnasseus quoque dici
poterat. Sed qui Polyarchi filius fuit, is simul Dioclis filius esse nullo modo potuit, et con-
tra Dioclis filius nominari non poterat filius Polyarchi.

Quoniam bina nomina patris et patriae Panyasidis tradita sunt, et de fide et auctoritate
Duridis et Pausaniae Clementisque et Suidae sine gravissima caussa detrahere quidquam ne-

^{*)} Polyarchus quidam pater fuit Antimachi poetae. Vid. Suid. v. *Ἀρτιλυξός*.

<sup>**) Cic. Epist. ad Att. VI, 1, 14. Num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod
cum multis erravit, irridetur? Cf. Droysen. Hist. Diadoch. p. 672.</sup>

fas est: ideo, ne ulli iniuria inferatur, nihil est reliquum, quam ut a Duride non eundem Panyasim atque a Pausania cum Clemente significatum esse credamus. Qui poetam indicaverint, hoc decerni facile potest. Nam apud Pausaniam l. c. haec verba legimus: Πανύασις δὲ ὁ Πολνάρον πεποιημὸς ἐξ Ἡρακλέα ἔπη, apud Clementem l. c. haec: τὰ ἔτερων ὑφελόμενοι ὡς ἴδια ἔξηνεγκαν, παθάτερ ... Πανύασις τε ὁ Ἀλισαρνασσεὺς παρὰ Κλεοφύλου τοῦ Σαμίου τὴν Οἰζαλίας Ἀλωστήν. Oechaliae autem Halosis epicum carmen fuit. Est igitur Panyasis, qui Polyarchi filius et Halicarnasseus appellatur, epicus poeta. Par testimonium Duridis non exstat. Attamen propter Duridis fidem quod is dicit, Panyasim Dioclis filium esse, pro vero habere debemus, cum idonea caussa afferri nequeat, cur tandem hoc sua sponte commentus fuerit. Ac possumus etiam pro vero habere, modo Durim alium Panyasim significasse comprebemus: a qua comprobatione unius tantum Suidae auctoritas si qua est abhorret. Lexicographus autem tam saepe eiusdem nominis personas confudit, ut non possimus dubitare, quin hoc quoque loco idem ei acciderit. Hoc si manet, Dioclis filium non esse poetam Heraclae, nullus alias esse potest nisi philosophus. Nam tertium quendam praeter poetam et philosophum non novimus. Quin etiam longius sine metu, ne temerarii esse videamur, possumus in coniiendo procedere, et philosophum Panyasim poetae Panyasidis nepotem et Dioclem eiusdem filium fuisse suspicari, cum nominis et aequalitas et raritas eiusmodi opinioni potius suffragetur quam refragetur. Quae res quamquam prorsus incerta, per se tamen non ita improbabilis est, ut primo adspectu videtur. Etenim si Duris de Samio Panyaside loquitur, quod non est dubitandum, et si ad veri similitudinem adduci potest, propter civiles perturbationes nonnullos e Panyasidea familia domicilium sibi Sami constituisse, qua de re infra dicentur plura: minime contortam ac minutam facere nobis videmur conclusionem, si utrumque Panyasim et Halicarnasseum et Samium fuisse statuimus cognatum, cum Samius Panyasis Halicarnassi natus esse potuerit. Cui rei si fidem tribuimus, nonnulla explicare sine negotio possumus, quae alteri magnis difficultatibus obstructa sunt. Nam quod non cadit in poetam, id fortasse in philosophum conveniet. Atque haec opinio, a Suida utriusque Panyasidis personas esse confusas aliis quoque rebus nobis confirmatur. Polyarchi enim filius appellatur τερατοσκόπος, prodigiorum speculator atque interpres*). Iam Fabricius vidit, hoc epitheton maiore iure alteri Panyasi tribuendum esse et Suidam quod huic deberet ad illum transtulisse. Ac profecto quam maxime hoc cognomentum cadit in philosophi naturam, qui de somniis scripsit, propter quem librum haud dubie illud ei inditum est, ut a poeta secerneretur. Nam non inusitatum est eiusdem nominis scriptores inter se distingue cognominibus, quae ex eorum scriptis tracta sunt. Posset quidem epitheton ὀνειροζότης tanquam aptius expectari, cum Panyasis περὶ ὀνείρων scriperit, et hoc modo sententia nostra impugnari. Sed cum studium τοῦ τερατοσκόπου et τοῦ ὀνειροζότου in unum fere concurrent, ea dubitatio nullam vim exercet. Iam Hermogenes De form. orat. II. p. 497. Antiphonti sophistae utrumque cognomen τερατοσκόπου et ὀνειροζότου tribuit, quorum prius Tzetza in Schol. Msc. apud Spaanium De Antiph. c. 1. ita interpretatur, ut τερατοσκόπος sit ὀνείρος τε καὶ τέρατα πολλοῖς ἐγεγυηνέων. Adde Hesych. v. τερατοσκόποι, ὀνειροζόται. Sed Suidas, prout diversos

*) Bodius iudicat, hoc epitheto indicari, Panyasim ad sacerdotium quoddam educatum esse.

auctores sequatur, Antiphontem tum *τερατοσκόπον*, tum ὀνειροζότην appellat, quod utrumque epitheton sine ulla dubitatione pertinet ad Antiphontis librum περὶ κρίσεως ὀνείρων. Hoc ipso quoque exemplo confirmatur, quam temere Suidas lexicon suum compilari, cum Antiphontem *τερατοσκόπον* et Antiphontem ὀνειροζότην tanquam diversos scriptores enumerat. Vid. Reiff. ad Artem. Tom. I. p. 442. Neque in temporis ratione quidquam inest, quod offendat. Nam si statuimus, philosophum Panyasim esse nepotem poetae Panyasidis, et avum circiter quinquaginta annos nepote maiorem esse (vid. infra), incidit Panyasis φιλόσοφος vel potius *τερατοσκόπος* vita sua in tempus, quod huiuscemodi ingeniorum fera fuit eademque aetate vixit, qua Antiphon *τερατοσκόπος* et ὀνειροζότης et Lampo Θουγιόμαντις. De Antiphontis aetate disputavit Spaanius De Antiph. c. 4.

Itaque mihi quidem non dubium videtur, quin Suidas hoc quoque loco Panyasidum personas confuderit, id quod etiam posteriore tempore nonnullis accidit, ut Rigalto ad Artemid. Oneirocr. 1, 2. p. 10., quem errorne neque Reiskius neque Reiffius perspexerunt, et Lil. Gyraldo, quem erroris G. J. Vossius arguit, sed se ipsum in eundem errorem incidisse non vidit. Dicit enim de poeta: Fuit aruspex sive ut Suidas dicit *τερατοσκόπος*, unde et Artemidorus eius testimonio utitur in *Ὀνειροζοτικοῖς*. Et infra: Alius est ac iunior Panyasis is, quem de somniis duos scripsisse libros idem Suidas docet. Atque is est, cuius somniorum interpretamenta citat Artemidorus in *Ὀνειροζοτικοῖς*. Nam ratio fugit doctissimum Gyraldum cum superiorem intelligit Panyasim. Hanc discrepantiam A. Westermannus si noluit corrigeret at indicare potuit. Graessius Rigaltum secutus librum somniorum poetae adscribit.

Sed ut revertar, unde dicendi initium feci, diversae de patria Panyasidis sententiae apud veteres circumlatae esse videntur: nam Suidas verbis *Λοῦξ δὲ Διονύσους τε παῖδα ἀνέγαψε, καὶ Σάμιον* haec addit: ὄμοίως δὲ καὶ *Ἡρόδοτος Θούριον**). Quo loco Io. Bouhierus in Dissert. Herod. ita abusus est, ut apud Suidam Herodotei quiddam legi opinaretur, quod in vulgaribus libris non inveniretur: quam opinionem iam P. Wesselingius in Dissert. Herod. p. 9. redarguit et sic scribendum h. l. esse coniecit ὄμοίως δὲ *Ἡρόδοτος Θούριον* ut Panyasim domo Samium, Herodotum Thurium Duris fuisse affirmaverit. Atque haec conjectura Naekii aciem fugit, apud quem illa verba adeo aliquantum videntur ponderis habere, cum sic scribit: Quod Panyasin Herodoti avunculum tradiderunt, patrocinatur ei sententiae, quae multo antiquorem faciebat. Adde quod Herodotus testimonium edidit de Panyasi teste Suida. Eodem errore etiam nunc captus est Bodius p. 504. n. 4. Naekianae sententiae levitatem ut confutaret Heysius extitit, qui Suidae verba denuo sub examen vocavit et corrupta esse censuit. Corrupta autem verba esse duobus argumentis comprobare studet, quorum alterum versatur in verbis ὄμοίως καὶ, alterum in verbo Θούριον. Dicit: Quomodo in his plane diversis voce ὄμοίως

* O. Muellerus Dor. II, 496. Panyasim Rhodium significavit, quem errorem credo ex permutatione Pisandri et Panyasidis ortum. Idem in hist. litt. Gr. Samum patriam praefert. Funckius p. 4. duplum patriam sic explicat, ut Panyasim opinetur natione Samium fuisse, civitate Halicarnasseum. Refutavit Ecksteinus.

ζαὶ uti potuerit Suidas? Et quis unquam Thurios patriam Panyasi tribuit? Contra Herodotus saepissime Thurinus audit. ... Itaque ne longus sim in re satis expedita dubium esse non potest, quin dicere voluerit Suidas: Duris quidem Panyasin Samium facit, at simil ratione etiam Herodotus Thurinus fertur. Legendum igitur aut ὄμοιως δὲ *ζαὶ Ἡρόδοτον Θούγιον* sc. ἀνέγειψε Δοῦρις, aut *Ἡρόδοτος Θούγιος ἀναγράφεται, καλεῖται*: quarum prior ratio praestare videtur. Infirmit Suidas Duridis Panyasin Samium ferentis auctoritatem ostendendo eundem etiam de Herodoti patria minus accurate tradidisse In eandem igitur conjecturam Heysius incidit atque multo ante Wesselingius. Sed quia haec quam maxime ad nostram quaestionem pertinent, Heysii rationem argumentandi percensere debemus. Primum igitur, in quo offendit, hoc est, quod Suidas in rebus plane diversis dicere ὄμοιως *ζαὶ* non potuerit. Sed non adest ea quam dicit diversitas: immo similitudo adest, cum verba ὄμοιως *ζαὶ* *Ἡρόδοτος* nihil aliud significare possint, nisi Simili modo etiam Herodotus h. e. quod Herodotus dicit, id simile quid habet eius, quod a Duride traditur. Similitudo autem posita est in eo, quod patrem eundem afferunt: de patria tantummodo inter se dissentunt, quam Duris Samum, Herodotus Thurios appellat. Haec si est verborum sententia, de altero Panyaside cogitari debet. Sed duae difficultates remanent, quarum una cernitur in δέ particula, altera in nomine Herodoti. Priorem Heysius ita removet, ut δέ secundum cod. Vossian. eiici iubeat. Sed in codice Vossiano illud δέ non omissum esse ex Gaisfordii editione nunc appetat. Particula autem quamquam non omni ex parte tuta est: omittitur enim codice Parisiensi B.: caussa tamen est nulla, quare eam eiiciamus, cum explicari nequeat, qua ratione in ordinem verborum venerit, praesertim cum sit inepta. Itaque aliter statuendum est. Mihi particula non rectum locum obtinere videtur. Debet enim ea post verbum *Θούγιον* posita esse: ὄμοιως *ζαὶ Ἡρόδοτος* sc. ἀνέγειψε, *Θούγιον* δέ. Cuius transpositionis caussa ex eo potest repeti, quod cum librarius per errorem particulam omiserit et, errore intellecto, eam margini adscripsiterit, alias librarius eandem in ordinem verborum denuo recepit, sed, quod saepissime factum est, in falso loco collocavit. Quod deinde Heysius addidit, a nemine Thurios patriam Panyasi tributos esse, id nihil probat: nam eodem iure quaeri potest, numquis unquam praeter Durim Samum patriam Panyasi tribuerit. Altera difficultas ab Heysio ita tollitur, ut nominativum *Ἡρόδοτος* in accusandi casum immutet, et Durim, hominem in historia diligenter, indiligentiae a Suida, homine negligentissimo, incusari patiatur. Sed non est, cur Suidas Duridis confirmationem diluat, cum ipsum quoque praeterire non potuerit, Herodotum non ab uno Duride, sed a multis, quos Heysius p. 70. nominavit, vocari Thurinum, quorum ipse unum Julianum Apostamat commemorat. Suidas deinde si Durim reprehendere voluit, etiam supra v. *Ἡρόδοτος* debebat, quo non minus id pertinet, quod ex Heysii sententia habuit propositum. Tum in quo scripto Duris Herodotum Thurinum cognominaverit? Scripsit enim praeter cetera historiam Macedonum et Samiorum annales. Poterat quidem in altero scripto Herodotum attingere, quia Herodotus per aliquod tempus Sami habitabat: sed Samium potius, quam Thurinum dixisset, ut Panyasim Samium dixit. Denique non appetat, cur postea Suidas ad eiusdem Herodoti nomen addiderit τοῦ ἵστορικοῦ, cum is iam semel ita fuerit significatus, ut

praeter rerum scriptorem de alio Herodoto cogitari nequeat*). Adde quod librarii in nomine Herodoti Thurini exercitatores erant, quam ut *'Ηρόδοτος Θοίγου* scripssissent. Ob has causas mihi quidem res etiam nunc non ita expedita videtur, ut Heysio et omnibus iis visa est, quibus Wesselingii emendatio probatur. In eo tamen iis accedo, quod ego quoque nomen *'Ηρόδοτος* corruptum esse existimo. Evidem puto scribendum esse *Nυμφόδωρος***): ὅμοιος καὶ *Nυμφόδωρος*, Θούγιον δέ. Contrarium errorem Suidas commisit v. *αλγίς*, ubi in locum Herodoti Nymphorum substituit: quem errorem primus Maussacus ad Harpoer. indicavit. Vid. Kust. ad Suid. Vol. I. p. 642. Hic Nymphodus scripsit de Siciliae et Sardiniae miraculis, in qua scriptione potuit Panyasim ὀνειροζότην sive τερατοσχόπον commemorare, quamquam mirum videri potest, cur Thurinum eum appellaverit. Sed iam supra p. 8. opinionem attulimus, utrumque Panyasim arcta propinquitate inter se coniunctum fuisse, quam ob rem Herodotus cum communis haberet cum poeta origines, philosophi quoque consanguineus fuit. Aliam opinionem infra c. III. proponemus, Herodotum ob poetae necem cum pluribus cognatis patria relicta Sami consedisse: inter quos philosophus erat, cum Duris, opinor, eum Samium appellaret. Ut autem Herodotus postea se coloniae Thurius deducenda applicavit, ita etiam non nulli e Panyasidea familia aut simul cum Herodoto aut postea emigraverint: inter quos philosophus quoque esse poterat: cui deinde Thurius cognomen eodem modo quo Herodoto inditum fuerit. Nam praeter Herodotum, Empedoclem, Lysiam cum fratribus, Dionysium Aeneum, Cleandridam etiam eiusmodi homines, qualis fuit Panyasis ὀνειροζότης inter colonos fuisse, apparet ex iis, quae Phot. Lex. p. 93. Cantabr. Θονγιομάντεις τοὺς περὶ Λάγυτωνα cll. Hesych. v. Θονγιόμαντις, ὁ σορός· ὅτι ἐπὶ τὸ πτίσαι τὴν Θονγίαν πόλιν μάντεις σοροὶ ἐπεπέμψθησαν, et Etym. M. 453, 47. leguntur. Sic omnia plana ac perspicua esse videntur, si Panyasim philosophum fuisse Diocles filium et Halicarnasseum natione; Samium et Thurinum habitatione statuimus***).

Hac ratione ea, quae apud Suidam falsa sunt perspicue et inter sese vehementer repugnantia, expediri quadam cum probabilitate posse videntur. Recentiores hac in re omnes fere ex Suidae auctoritate pendent et in iudicio modo huc modo illuc, prout cuique libido est, distracti hunduntur. Alter Io. Tzetza egit, qui in Proleg. ad Hes. Theog. unius Panyasidei nomini nihil addidit, quo insigniretur, id quod apud reliquos poetas fecit. Dicit enim Vol. II, 13. Gaisf. haec: Ὁμηρος ὁ παλαιός, Ἀρτίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Πανύασις (Πάννυσις?), Πείσανδρος ὁ Καμειρένης, καὶ ὁ Ἀσχρεάος οὐτος Ἡσίοδος. Plane consentit Andronicus περὶ τάξεως ποιητῶν in Bekk. Anecd. Vol. III, 1461.

*) Ecksteinus p. 10b. cl. p. 15a. dicit, difficultatem, quae me in nomine Herodoti offendat, facilime posse explicari, cum Suidas Herodotum propter necessitatem, quae ei cum Panyaside sit, adiecerit. Idem dicit, me cum hanc sententiam non perspexisse, de permutatione Panyasidum cogitasse.

**) Prius conieceram *'Ηρόδωρος*. Doleo quod non potui Eberti Dissertt. Sic. III. et IV. inspicere.

***) Bodius p. 504. de poeta mira et inter se repugnantia tradit: Er (Panyasis) ging diesem (Herodoto) unter Lygdamis ... schon in der Auswanderung nach Samos voran ... Vielleicht folgte Herodot seinem Oheim auch nach dem neugegründeten Thurioi in Unteritalien. Aber noch ehe es diesem gelang, seine Vaterstadt von dem Tyrannen Lygdamis zu befreien, scheint Panyasis, vielleicht an einem ähnlichen Versuche scheiternd, von Lygdamis getötet worden zu sein.

Doleo quod neque Ecksteinio neque Schneidewino (Gotting. Ind. 1839. 128. p. 1278.) probare potui, ea ratione, quam ingressus sum, quidquid diversitatis de Panyasidis patre et patria traditum sit, non sine aliqua probabilitate explicari posse. Uterque sequitur Wesselinianam emendationem, etiam receptam a Larcher. Herod. I, 106. Zander. Annall. Lenens. 1828, 187. p. 50. Funck. p. 3. Duebn. p. 13 a. Bernhard. ad Suidam, qui tamen dicit: *Mirrus projecto tenor verborum ὅμιλος καὶ τὸν, quasi possint Σάμιον et Θούριον eodem loco haberi.* Omnes hi difficultates, quae et in re et in verbis insunt, non modo non removent, sed etiam augent coniectura, quae iis probatur. Zanderus et Ecksteinus diversos patres agnoscunt. Istud opinor est nimis credere Suidae. De τερατοσοπῳ Ecksteinus et Schneidewinus (Bernhardyus) si Panyasides a Suida confusos esse concedant, cur de patre idem statui posse recusent equidem non intelligo. De particula δέ tacent. Duebnerus expellendam eam censem, ut Heysius. De Duride, ubi et cur Herodotum ab eo significatum esse cogitent Thurinum, non Samium potius nihil dicunt. Suidas si scripsisset Ἡρόδοτον et si δέ illud abesset, id credere possemus, quod dixisset: cum non scripsit et δέ particula eiici non potest, desideramus argumentationem. Vereor, ne quod Schneidewinus simplicissimum esse opinetur, id ipsum sit coniunctissimum.

Qua quaestione absoluta ad aliam rem transgrediamur, cui proxima eiusdem Suidae verba dant materiam: Ἰστόρηται δὲ Πανάσις Ἡρόδοτον τοῦ ἴστορικοῦ ἔξαδελφος. Γέγονε γὰρ Πανάσις Πολνάρχον, δὲ Ἡρόδοτος Λίξον, τοῦ Πολνάρχον ἀδελφοῦ. τινὲς δὲ οὐ Λίξην, ἀλλὰ Ροιώ τὴν μητέρα Ἡρόδοτον Πανάσιδος ἀδελφὴν ἴστορησαν. Duplex igitur secundum Suidam inter Panyasim et Herodotum propinquitatis genus est, alterum agnationis, cognationis alterum. Prius si verum esse cum Suida arbitramur, Panyasis et Herodotus fratres patruelis erant, sin alterum, Panyasis Herodoti avunculus, non patruus, ut H. Clinto Fast. Hell. ed. Krueg. p. 27. dicit, neque fuit filius sororis Herodoti, ut Thomas de Pinedo tradit, sed Herodotus filius ex sorore Panyasidis. Atque haec quidem est ratio, quam plerique recentiores sequuntur nulla alia caussa adducti, nisi quod propter Suidae verba κατὰ δέ τινας πολλῷ πρεσβύτερος poetam aetate historico praestitisse existimant. Sed omnes illos errore captos esse, nec Panyasim avunculum Herodoti fuisse ad veri similitudinem adducere Heysius studet, qui p. 15. sic argumentatur: Verumtamen diligentius insipienti Suidam dubitatio nascatur necesse est de lectionis integritate. Nam ubi haecce legeris Γέγονε γὰρ — ἴστορησαν, certe te non fugiet ellipsis durissima atque, ut mihi quidem videtur, nullo modo ferenda, ex qua nimirum post verba τινὲς δὲ οὐ Λίξην intelligendum sit Πολνάρχον ἀδελφόν, cum deinde Ροιώ Πανάσιδος ἀδελφὴ dicatur. Quae ellipsis tum demum ferri posse mihi videtur, si pro Πανάσιδος substitueris Πολνάρχον. Atque ita scripsisse Suidam opinor. Sic omnia bene cohaerent. Sententia haec est: alii Lyxen Polyarchi fratrem, alii Rhoeo eiusdem sororem ferebant. Itaque e neutrorum traditione avunculus Herodoti Panyasis, sed aut patruelis aut amitini fuerunt. Consentit Funckius. Sed quem ex tota quaestione fructum capimus? Nam cum ne sciamus, utra sententia verior esse videatur, inter utramque fluctuamus. Huc accedit quod haec sententia non bene ad testimonium Eusebii congruit, qui Panyasim Ol. 72, 4. floruisse

dicit h. e. quinque annis ante Herodotum natum. Sed quia fratres et patruelles et amitini, ut ordo naturae fert, plerumque sibi aetate suppare esse solent: idcirco id quod praeter consuetudinem fit, quamvis per se fieri possit, potius tamen ob id ipsum non probabile ducendum esse videtur, nisi caussa afferri potest, qua ut credamus adducimur. Heysius nullam attulit. Itaque ne hoc quidem loco eius rationem argumentandi assensu comprobare possum, quamquam libenter concedo, Suidam parum perspicua usum esse expositione. Evidem haec verba sic esse intelligenda puto: Alii nihil de Lyxa^{*)} dixerunt, Lyxam non commemoraverunt i. e. Lyxam, Herodoti patrem et Polyarchi fratrem, propinquitatis auctorem silentio praeterierunt, sed Rhoeonem, Herodoti matrem, tradiderunt eam esse, per quam inter Panyasim et Herodotum esset propinquitas conciliata. Atque hoc modo nihil desideratur, nisi ut ad verba οὐ Λύξην suppleatur ἵστρον vel ὀνόμασαν. Ellipsis autem ea, quam Heysius dicit, ferri nullo modo potest, etiam pro Ηλινάσιδος ἀδελφὴν scribatur Ηλινάρχον ἀδελφὴν, cum in quo summa rerum versetur, id nulli scriptori, ne Suidae quidem, omittere liceat. Suidas enim si ex Heysii conjectura dicere voluit: Alii non Lyxam Polyarchi fratrem, sed Rhoeonem Polyarchi sororem fuisse tradiderunt, verba Ηλινάρχον ἀδελφὸν repetere debuit, ut quibus continetur, quod de Lyxa praedicetur. Conjectura igitur mihi quidem non probabilis esse videtur. Sed Naekius quoque in his verbis offendit eorumque cum proxime antecedentibus desideravit coniunctionem, quem hac opinione deceptum, esse hoc loco aliquantum auctoritatis codici Vossiano, in quo haec verba desunt, illud disputasse credo. Sed si verba ita explicantur, ut volui equidem, difficultas tollitur. Eodem modo verba intelligunt Ecksteinus et Bernhardyus.


Sed aliud quiddam restat, de quo quid statuendum sit nunc videamus. Suidas hoc loco Herodoti matrem 'Ποιώ nominat, quam eandem supra v. 'Ηρόδοτος Λγνώ appellavit. Quae nominis discrepantia cum ad diversam cognitionis originem ducere videatur, illo loco, quo quam maxime pertinet, a Suida praetermitti non potuit. Sed cum Suidas, illo loco nihil de diverso nomine matris dicat, verisimile est hoc loco de eadem nomine 'Ποιώ cogitavit, de qua supra nomine Λγνώ. Sed etiam de patris Herodoti nomine duae vel tres formae inveniuntur. Vulgare nomen est Λύξης, quod praeter Suidam hoc loco et supra v. 'Ηρόδοτος etiam ab aliis traditur. Vid. Heys. p. 9. Pro genitivo Αὐξον habet cod. Voss. h. l. Ξύλον. Eadem forma genitivi Ξύλον invenitur apud Io. Tzetzam in historiis et pro ea etiam singularis forma 'Οξύλον**), quam tamen formam ipse Tzetza in margine cod. Paris. ad Chil. I. 19. III, 388. secunda cura improbat et Ξύλον pro vera habuit. Vid. Duebner. Rh. Mus. IV, 1. pp. 6. 20. Quomodo diversitas nominis Αὐξον et Ξύλον explicanda et num ad dialectos provocandum sit, alii viderint. Tale quid in nominibus 'Ποιώ et Λγνώ suspicari possumus si haec nomina cum nominibus a Welckero Rh. Mus. I. 3. p. 423. ad Hesiodeum illud προετος vel πρίτος collectis comparamus, δουρός et δυτίας, δουάς et δυάς, δείροιστον et δείρωντον 'Ποτετον et 'Πύτιον, Rhoetus Centaurus et δύτών. In Λ littera fortasse digamma quoddam latet. Sed cum supra cum vulgari nomine Λύξης nomen Λγνώ coniunctum sit, hoc autem loco idem

^{*)} L. Gyraldus Αὐξην accusativum nominis Αὐξην et Lyxen Herodoti matrem fuisse putat: Alii Rhœo matrem Herodoti, Panyasidis sororem fuisse putant, quidam Lyxen.

^{**) Semper casus genitivus apud Tzetzam invenitur: ὁ παις ὁ τοῦ Οξύλον, Οξύλον παις, semel Οξύλον παις}

vulgare nomen Αὐξῆς prodatur: valde probabile esse videtur, etiam hoc loco utrumque nomen coniungendum esse et in locum 'Ποιώ'^{*)} substituendum nomen Αρνός.

Quae hactenus disputata sunt, eam habent vim, ut quomodo possint duae inter se discrepantes sententiae de Panyasidis et Herodoti propinquitate conciliari demonstrem. Duplici igitur modo explicatur, qua propinquitate Panyasis Herodoto fuerit coniunctus: alii utrumque dixerunt patruem esse fratrem, cum patres fuissent fratres: alii Panyasim tradiderunt Herodoti esse avunculum, cum illius soror mater huius fuisse. Si verba τινὲς δὲ οὐδὲ Αὐξῆν ita explicantur, ut supra p. 13. exposui, et 'Ποιώ' non alia quaedam putatur quam Αρνός, utrorumque sententia vera est. Nam Polyarchus et Lyxa fratres fuerunt; Panyasis et Dryo frater sororque. Si Panyasis filius fuit Polyarchi et frater Dryonis, hoc consecutarium est, Dryonem eandem filiam fuisse Polyarchi. Lyxa autem, frater Polyarchi, et Dryo, filia Polyarchi, fuerunt parentes Herodoti. Ergo Panyasis et avunculus et frater patruelis Herodoti fuit. Unum, quod iam per se intelligitur, necessario sequitur, Lyxam patruum Dryonem fratris filiam in matrimonium duxisse, cum ex ea Herodotum procreaverit. Haec agnatio ut in uno conspectu videri possit, stemma quoad notum aut a nobis secundum ea, quae supra p. 8. disputavimus, reintegratum est, hoc adscribam:



Multo aliter Muellerus Dor. II, 471. utriusque cognitionem ad veri similitudinem adducere studet, qua quidem in re mira argumentandi ratione utitur, cum propterea quod Panyasis et Halicarnasseus et Samius appelletur veri simile esse dicit, eum avunculum Herodoti fuisse, cum Herodotus quoque Halicarnasseus aliquamdiu Sami vixerit^{**)}.

Etiam hoc loco Ecksteinus et Schneidewinus assensum cohibent, quorum posterior negat quidquam explicari oportere. Vellem dixisset suam sententiam de interpretandis Suidae verbis et de Rhoeone. Si interpretationem probet et Rhoeonem non diversam ab Dryone iudicet, debet consentire. Ecksteinum miror cum is mecum in explicandis verbis et in eo consentiat, quod Dryo pro Rhoeone legatur, tamen duo stemmata ponere. Dryo si legitur et si

ap. Duebn. l. c. p. 20. ὁ τοῦ Ξύλου παῖς. De vocali praemissa Ο conferri possunt nomina Βοιμός et Οβριμός (Tzetz. ad Lyc. 678.), Πλεύς et Οιλεύς, Βριάρεως et Οβριάρεως, (Eustath. ad Il. VI, 403.). Vid. Goetting. ad Hes. Th. 617. Nominativus est sine dubio Οξύλης, ut Ξύλης et Αὔξης, qui postremus a Bodio et teste Ecksteinio a Fabricio Bibl. Gr. II, 20. p. 661. pronuntiatur Αὔξος. Οξύλος est clarissimus illedux Heracliarum, et scriptor quidam ap. Schol. Nic. Ther. 289. Ούλης est idem qui Οδυσσεύς apud Ibycum.

^{*)} Alia Rhoeo commemoratur ab Apuleio Orthogr. §. 4. Rhoeo, filia Staphyli et Chryseidis etc.

^{**)} Die Nachricht, die ihn (Panyasim) Oheim des Herodot nennt, gewinnt dadurch an Wahrscheinlichkeit, dass er Halicarnasser und Samier genannt wird, und eben so Herodot auch einen Theil seines Lebens in Samos zubrachte.

est soror Panyasidis: tum est etiam filia Polyarchi, uxor Lyxae, mater Herodoti. Consentit Chr. Baehr. Annal. Heidelberg 1837. IV. p. 437.

Ex hac dupli consanguinitatis genere aliud quiddam sequitur, Panyasim generosa nobisque domo natum esse. Nam quod Suidas de Herodoto dicit, eum filium esse parentium illustrium (*τῶν ἐπιφανῶν*): idem optimo iure de Panyaside quoque dici potest, quam ob causam coniicere licet, eum liberaliter esse educatum omnibusque artibus, quae homine libero dignae sunt, perpolitum, quamquam quibus sit praceptoribus usus plane ignoramus. Sed iam antiquis temporibus Halicarnassi claros poetas exstisset eo videtur indicari, quod apud Athen. XV, 982. E. Demodamas quidam Cypria poemata ibi orta esse contendit. Omnino in Dorida Asiatica epica poesis, postquam ibi exerceri coepit, nunquam prorsus intermissa fuerit, etiamsi usque ad Pisandrum et iterum post longam intercedinem usque ad Panyasim nullus poeta commemoratur. Sed dubitari nullo modo potest, quin Homeri carmina, ut in ceteros Graecos, ita in Panyasidis ingenium acendum maximam vim exercuerint. Praeterea Panyasis in singulis rebus minus notis cum aliis poetis ita consentit, ut bene versatus fuisse in eorum carminibus videatur. Haec familiaritas vel tanta fuit, ut furti litterariori incusari posset. Huc accedit, quod non solum propter eruditionem, sed etiam propter generis nobilitatem cum hominibus patriae suae gravissimis sine ulla dubitatione commercium habuit: quibus fortasse Pigres adnumerari potest, Artemisia frater, quem veri simile est auctorem Batrachomyomachiae esse. Talis vir etiam aliorum ingenia incitare solet, et cum studium epicae poesis eum ad cognitionem antiquitatis duceret, ultiro ad conjecturam detrudimur, Panyasim in sororis filii animo similem amorem incendisse, praesertim cum eius historia per omnes partes speciem epicis carminis prae se ferat. Certior Panyasidis auctoritas est quam habuit in alium discipulum, Antimachum, praceptoris simillimum et ingenio et studio.

Huic quaestioni cum iam nihil restet, quod addam, tertia nunc adnectatur, quae non minus involuta atque implicata est, quam reliquae.

CAPVT III. DE AETATE PANYASIDIS.

De tempore, quo Panyasis vixerit, praeter nonnulla universalia indicia, quae exstant apud Avienum, qui l. c. eum Arato multo priorem testatur; apud Athenaeum IV, 172. D., qui Stesichorum et Ibycum ei aetate anteivisse dicit; apud Suidam, qui v. *Ἀρίσταχος* Panyasidis auditorem fuisse Antimachum affirmit, v. *Χοιρίδης* Choerilum tradit γενέσθαι κατὰ Ηανύαστν; apud Georg. Syncellum, qui eum inter Lartium primum Romanorum dictatorem et Aristidem Iustum exsulem interponit; denique praeter testimonium, ex quo Herodoti propinquus erat, et a tertio Halicarnassi tyranno interfactus est —: praeter haec indicia etiam plenius a veteribus prescriptum acceperimus, Panyasim circiter septuagesimam Olympiadem vixisse. De hoc tantum inter ipsos veteres discrepantia est, cui potissimum Olympiadi eum assignent. Sed in hac quoque quaestione, ut in reliquis omnibus de Panyaside, a Suidae memoria proficiens-

dum est, cuius proxima verba haec sunt: ‘Ο δὲ Πανίασις γέγονε πατὰ τὴν οῃ̄ ὀλυμπιάδα. Haec postrema verba significant sub exitum Ol. 77. sive exeunte Ol. 77.*). Ad idem tempus dueit id, quod Suidas v. Χοιρίλος dicit: (Χοιρίλον) γενέσθαι πατὰ Ηεράσιν τοῖς χρόνοις. Choerilum enim intra Ol. 77. et 94. vixisse Naekius pp. 21—29. idoneis rationibus extra omnem dubitationem posuit. Duobus igitur locis Suidas Panyasim γεγονέναι exeunte Ol. 77. indicavit. Mox addit: πατὰ δέ την πολλῷ πρεσβύτερος καὶ γὰρ ἦν (γέγονε γάρ Vulg. Eudoc.) ἐπὶ τῶν Ηερσικῶν. Quomodo haec verba intelligat Suidas ipse significat v. Χοιρίλος. γενέσθαι δὲ πατὰ Η. τ. γ. ἐπὶ δὲ τῶν Ηερσικῶν, δλυμπιάδι οε̄, v. Χάρων. γενόμενος πατὰ τὸν πρώτον Αρεῖον οῃ̄ ὀλυμπιάδι. μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Ηερσικῶν πατὰ τὴν οε̄ δλυμπιάδα. Si coniungimus cum his illa, quae apud Dionys. Halic. Iud. de Thuc. c. 5. leguntur: ‘Ηρόδοτος γενόμενος δλύῳ πρότερον τῶν Ηερσικῶν et apud Diod. Sic. II, 32. ‘Ηρόδοτος πατὰ Σέρξη γεγονώς: luce clarior est, Suidam de Xerxis expeditione cogitare. Si inter utramque temporis descriptionem πατὰ τὴν οῃ̄ ὀλυμπιάδα et ἐπὶ τῶν Ηερσικῶν (δλυμπιάδι οε̄) extremos terminos ponimus, Ol. 77, 4 = 469. et Ol. 75, 2 = 479. spatium decem annorum invenimus: quod temporis spatium brevius est, quam ut Suidae verba πολλῷ πρεσβύτερος excusari possint. Auctores, quos Suidas hoc loco sequitur, suspicor de Darii expeditione cogitavisse. Ei opinioni quae-dam fides accedit Eusebii testimonio, qui secundum Hieronymi Latinam Chronicu interpretationem et Armenicam Panyasim Ol. 72, 4. floruisse tradit. A quo testimonio Georg. Syncellus non dissentit, qui p. 248. C. poetam Panyasim inter Lartium nominat, qui Ol. 69, 4 = 253 a. U. C. primus dictator fuit, et Aristidem exsulem, qui Ol. 73, 3. relegatus est. Quam ob caussam Naekius parum iuste de Syncello iudicare videtur, cum scribit Ceterum qui ex Georgio Syncello annum Panyasidis colligere vellet, frustra foret. In serie rerum ordinem annorum non anxie servat homo ille. Hoc quidem verum est, annum natalem a Syncello non esse indicatam: sed nemo indicavit. Verum Syncellus aeque certe atque Eusebius et Suidas viam monstravit, qua quid ad verum maxime accedat, inveniri potest. Sed de hac re paullo post.

Suidas pergit: Ἀνηρέθη δὲ ὑπὸ Λιγδάμιδος τοῦ τρίτου τυραννήσαντος Ἀλικαρνασσοῦ. Hunc tyrannum, propter quem Herodotus aliquamdiu in insula Samo exsulasset, eodem Herodoto adiutore ab Halicarnasseis paullo ante quam Athenienses coloniam Thurios deducerent, civitate exterminatum esse Suidas his verbis v. ‘Ηρόδοτος testatur: μετέστη δὲ Σάμῳ διὰ Λιγδαμίν τὸν ἀπὸ Αρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἀλικαρνασσοῦ. Πισινδήλις γὰρ ἦν τὸς Αρτεμισίας τοῦ δὲ Πισινδήλιδος Λιγδαμις ... Ἐλθὼν δὲ (Ηρόδοτος) εἰς Ἀλικαρνασσὸν καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὑστερον εἰδεν ἔστεδον φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν εἰς τὸν Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Αθηναίων ἐθελοντῆς ἥλθε. Ηαες colonia Ol. 84, 1. deducta est. Cf. Heysius p. 66, Krueger. Vit. Thuc. pp. 24. 50.**).

*). Lunculentissimum exemplum est Pindari, quem Suidas γεγονέναι dicit πατὰ τὴν δι. ἔε̄, eumque πατὰ τὴν Σέρξον στρατείαν fuisse iuvenem ἐτῶν μ'; h. e. ut ex aliis indicis firmissime colligitur: Ol. 64, 3. natus est. Hanc vim praepositionis πατὰ c. acc. inactae nonnulli neglexerunt: Weichertus dicit: Ol. 78. P. natus est; Clinto Ol. 78, 2. P. floruit; Groddeckius elegit annum 464 = 79, 1; Petersenius annum 463 = 79, 2.

**). Voemelii progr. Quo anno Thurii conditi sint inspicere non potui.

nyasis igitur a tyranno post Ol. 84, 1. interfici non potuit: hoc ante illam olympiadem fieri oportuit. Cuius facinoris quae caussa fuerit, etsi a Suida ne verbo quidem tacta est, conjectura tamen assequi posse nobis videmur, si temporis statum, qualis tum fuerit, respicimus. Halicarnassus urbs primum cum Dorica hexapoli coniuncta, deinde illo foedere exclusa, venit denique paulo ante Persica bella in tyrannorum imperium, qui ipsi Persarum auctoritatē erant obnoxii. Halicarnassei autem libertatem sibi ereptam esse male ferentes sine dubio idoneam occasionem avidissime captaverunt in statum pristinae libertatis redeundi. Eiusmodi occasio offerebatur, cum Cimon praclaris victoriis in oris maritimis Asiae minoris et in Cypro insula reportatis Persarum potentiam evertit. Hoc factum est Ol. 82, 3 = 450. Sed Lygdamis civium consilium praevenit, principes coniurationis comprehendi et morte multari iussit: qui minus erant noxii, eos in exsilium egit. Ad illos sine dubio Panyasis propter et nobilitatem et auctoritatem, ad hos Herodotus et alii ex Panyasidea stirpe referri possunt, qui in Samum insulam sese contulerunt, quae omnium eorum receptrix fuisse videtur, quos dominatio patriae taedebat: unde in patriam reversi tyrannum expulerunt. Ponimus igitur, Panyasim imperfectum esse aut Ol. 82, 3. aut uno duobusve annis post. Haec omnia etsi sola conjectura nituntur, nihil tamen continent, quod a veri similitudine abhorreat. Consentit Ecksteinus. Alii aliter de tempore, quo Panyasis imperfectus sit, iudicarunt. Larcherus p. LXXXVI. notum exploratumque esse dicit, Lygdamim exactum esse ex civitate anno 457 = 80, 4. Eadem opinione ductus Clinto ad Ol. 80, 4 = 457 haec apposuit: Panyasis a Lygdamide imperfectus traditur, ut videtur, circa tempus, quo Halicarnassum reliquit Herodotus. Consentunt Matthiaeus, Funckius, Duebnerus p. 13b. cl. p. 28a. Sed hunc annum esse eum, quo Herodotus Sami sedem ac domicilium constituerit, quibus rationibus probetur nescio. Huius forsitan opinionis auctor fuerit Santacrucius Gallus, qui teste Schlossero Hist. Univ. I, 3. p. 100. n. in Commentt. Institutt. Reg. Vol. II. p. 506. dissertationem de chronologia dynastiarum vel principum Cariae scripsit: quem ego librum non vidi. Muellerus autem Dor. II. p. 499. Panyasim Ol. 78, 4 = 465 a Lygdamide necatum esse suspicatur.

Sed eorum opiniones falsas esse ex alio Suidae loco manifesto appareat. Lexicographus v. Ἀντίμαχος haec dicit: τινὲς δὲ καὶ οἰκέτην αὐτὸν (Ἀντίμαχον) ἀνέγειραν Παννάσιδος τοῦ ποιητοῦ. πάντα ψευσάμενοι. ἵν γὰρ αὐτοῦ ἀπονοτῆς καὶ Στησιμβότον. Quod testimonium cur Schellenbergius p. 9. in dubium vocaverit non satis liquet. Nam quod dicit: Nusquam alibi illius famae vestigium inveni, eamque pro certa equidem nemini venditem, id nihil est. Per multarum enim rerum unus Suidas auctor est et quamquam unus est, fides tamen ei non est deneganda. Quam ob caussam magis etiam mirum est, quod Naekius p. 22. hac in re Schellenbergio plane assentitur. Sed antiquarum rerum tractatio in omnes partes flagitat, ut nullum testimonium, nisi rationibus certis et illustribus satis suspectum reddi possit, temere funditus eiiciatur. Itaque aliquid non propterea repudiandum est, quod Suidas dixit: nam quotiescumque erravit, inde non sequitur, eum ubique erravisse. Praeterea hoc loco tanta confidentia loquitur, ut ineptissimus nugator esset, si, ubi aliorum errores notaret, ipse dignus esset, qui acerbe reprehenderetur. Exstant quidem exempla, quibus probatur, veteres temere nonnunquam illustribus poetis, artificibus, philosophis aequi-

sitos accivisse et excogitasse doctores^{*)}): sed temere eos hoc fecisse temporum ratio docet. Ecqua vero caussa est, quae Suidae fidem nos denegare cogat? Evidem video nullam, modo Antimachum aliquanto maiorem fuisse statuamus, quam reliqui statuerunt, quorum Ulrichius eum natum esse putat Ol. 82 = 449. Schellenbergius Ol. 83. Naekius eum longe a Choerilo, longius a Panyaside removet. Funckius et Ecksteinius Naekianam opinionem sequuntur, Antimachum non esse auditorem Panyasidis, sed imitatem. Schneidewinus mecum facere videtur. Sed videamus, quae sint veterum de Antimachi aetate sententiae. Plut. Vit. Lys. c. 18. refert, Antimachum Colophonum et Niceratum quandam Heracleotam coram Lysandro commissionibus in huius honorem compositis concertasse, Lysandrum autem Nicerato palmam tribuisse, qua de re exacerbatum Antimachum carmen suum delevisse. Sic deinde pergit: *Πλάτων δὲ νέος ὁν τότε καὶ θαυμάσων τὸν Ἀντίμαχον ἐπὶ τῇ ποιητικῇ βαρέως φέροντα τὴν ἄρταν ἀνελάμβανε καὶ παρεμφέτει τοῖς ἀγνοῦσι κακὸν εἶναι φάμενος τὴν ἄγνοιαν, ὃσπερ τὴν τυρλάνηα τοῖς μὴ βλέποντιν.* Quod certamen si institutum est, sub exitum belli Peloponnesiaci institutum esse oportet, quo Plato, si Ol. 87, 3 = 430. susceptus est, aliquos viginti annos natus erat. Si ponimus, nam aliquid ponendum est, Antimachum finito bello Ol. 94, 1 = 404. sexagenarium fuisse, idem Ol. 93, 2 = 407. quo anno Lysander victoriam apud Notium hand procul a Colophone reportavit, annos quinquaginta septem, et Plato viginti tres natus fuit, ita ut eum Plutarchus prae Antimachi aetate νέον ὅντα τότε dicere optimo iure potuerit. Ab hoc quod posuimus minime abhorret quod Diod. Sic. XIII, 108. his verbis tradit: *Μικρὸν δὲ τῆς εἰρήνης (Πελοποννησιακῆς) ὑστερον ἐτελείησεν δὲ τῆς Ἀστίας βασιλείας, ἥρξας ἐν τοιαύτῃ τῇ δὲ γεμούσαν διέξατο τῶν νιῶν δὲ πρεσβύτατος Ἀρταξέρξης καὶ ἥρξεν ἐτη τοῖα πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. καθ' ὃν δὴ χρόνον καὶ Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀγηναῖος φησιν ἡνθηκέναι: nam his verbis non indicatur, Antimachum illo tempore primos ingenii flosculos protulisse, sed iam exsplenduisse et etiam tum clarum fuisse. Antimachus igitur si, ut statuimus, sub exitu belli sexagenarius fuit, hoc consecatarium est, eum natum esse Ol. 79, 1 = 464.* Quod deinde Suidas dicit: (*Ἀντίμαχος*) γέγονε δὲ πρὸς *Πλάτωνος* etsi nimis indefinite dictum est, tamen temporum rationi non repugnat. Neque illud ab ea ratione dissonat, quod idem Suidas dicit, Antimachum fuisse Stesimbroti discipulum, illius Stesimbroti sine dubio, qui Tatiano auctore Or. c. Gr. p. 160. de Homeri genere et patria scripsit et, teste Athen. XIII. 589. E., Pericles tempore vixit. Pericles autem ab Ol. 79, 4 = 461. usque ad Ol. 87, 4 = 429. in re publica plurimum pollebat. Inter hos ambos temporis terminos medium fere tempus est Ol. 83, 4 = 445. inde ab quo anno omnis potestas nemine obtrectatore est ad unum Periclem delata. Hoc ipso tempore Antimachus annum aetatis undevicesimum agens a Stesimbroto esse poterat. Ex his pensari poterit, quantum ponderis id habeat, quod Schellenbergius p. 10. dicit: *Ipsa fama, qua hunc (Antimachum) illius (Stesimbroti) discipulum facit, nihil puto incertius, ut altera apud Suidam (eam dicit, qua Antimachus Panyasidis praeeceptis imbutus est), quam in nota, qui volet, legat, nihil etiam absurdius.*

^{*)} Exempla nonnulla colligit Naekius p. 21. sqq. Cum eius librum iterum inspicere non potuerim, nescio num Naekius docuerit, apud quem scriptorem ἀκονστῆς non esset auditor, sed imitator.

Videmus, veterum de Antimachi aetate testimonia cum Suidae verbis coniuncta flagitare, ut contra vulgatam inter nos opinionem Antimachum prius natum esse contendamus, cum is a Suida Panyasidis discipulus fuisse ita tradatur, ut de hoc testimonio non debeamus inanes dubitationes volvere. Sed iam videamus, quomodo id quod Suidas de Antimacho tradit, cum Panyasidis aetate coniungi possit. Supra p. 17. non sine aliqua probabilitate docuisse nobis vide-mur, Panyasim non potuisse ad supplicium rapi nisi inter Ol. 82, 3. et 84, 1. et de Antimacho testimonia ita ad eius natales computandos adhibuimus, ut eos fuisse Ol. 79, 1. coniecerimus. Hoc si datur, Antimachus Ol. 82, 3. adolescentulus quatuordecim annorum fuit: qua aetate Panyasidis auditor videtur posse appellari. Etiam melius quadrat temporis computatio, si Panyasidis necem statuimus uno duobusve annis post illas Cimonis victorias factam esse. Antimachum Panyasidis discipulum fuisse Ulricius quoque concedere videtur, cuius tamen ratio dupli errori laborat: quorum alter in chronologia positus est, alter in historia. Primum enim in computando tempore erravit, cum Ol. 72. parem anno 480. ponit: deinde hoc non minus falsum est, Panyasim Ol. 86, 3 = 434, quo anno ex eius sententia Antimachus quindecim annos natus fuerit, etiam vixisse*).

Iam tempore, ultra quod Panyasis vivere non amplius potuit, non sine aliqua probabilitatis specie perquisito revertamur, unde profecti sumus: qua quidem in re multis visum fuit, quod prius de Panyasidis morte, quam de eius natalibus quiddam statuerimus. Sed cum de natali quoque tempore nihil certi constet, quaestioni de aetate Panyasidis, ne oratio huc atque illuc distraheretur, quasi fundamento illo opus fuit. Apud Suidam duo certa temporis indicia invenimus, quorum neutrum ad poetae natale tempus referri potest. *Ἐγών* enim illud non potest Latine reddi natus est. Nam Panyasis si exeunte Ol. 77. natus fuisse, tum sub exitum Ol. 82. summum viginti annos complevisset. Extinctus esset igitur in primo aetatis flore. Sed quominus ita statuamus, non tantum ipsa ratio, sed etiam alia testimonia quam maxime impediunt. Non enim intelligeretur, quomodo fieri potuisse, ut Panyasis ea aetate non solum tantam in republica auctoritatem haberet, ut tyranni oculos in se converteret, sed etiam carmina tanti ambitus composuisse, quanti composuit. *Ἐγών* idem fere est, atque ἦν, quod in altera temporis descriptione apud Suidam legitur, pro quo in vulgaribus Suidae Lexici exemplis item atque apud Eudociam *Ἐγών* legitur. Recte disputavit Heysius, cuius ego sententiam olim iniuria impugnavi**). Altero loco Suidas nihil testatur, nisi Panyasim circa tempus belli Persici fuisse sive vixisse. Sed cum neutra temporis descriptio apud Sui-

*) P. 517. n. 76. War Panyasis Ol. 72 = 480. etwa 27 Jahre alt und Antimachus 449 geboren, so würde jener 73 Jahre alt gewesen sein, als dieser 15 zählte.

) Ritschelius Bibl. Alex. p. 70. dicit: Dass der seiner Natur nach weite Begriff des *Ἐγών* beim Suidas niemals, **ausser zufällig, eine strenge Bezeichnung der eigentlichen Blüthezeit gebe, haben wir an zahlreichen Beispielen gelernt; nur zu oft sind einzelne hervorstechende Lebensmomente oder Notizen, die in den gerade zu Gebote stehenden Quellen zufällig die einzigen waren, der ganze Anlass zu einem solchen *Ἐγών*. Et in nota: Hiernach ist auch die oft beliebte Uebersetzung durch *natus est* zu beurtheilen. Die Bezeichnung der Geburtszeit (statt *Ἐγένηθη*) kann an sich gar nicht darin liegen, wie häufig angenommen worden. Hoc non ex omni parte vere dictum videtur. Ut afferam quod

dam neque ad ortum Panyasidis, neque ad necem pertineat: quo possit pertinere videndum est. Cuius rei quamvis multae caussae esse potuerint, in poetam maxime eius temporis indicium convenit, quo carmina edidit. Si id tempus, quod Suidas secundo loco commemorat, ad tempus referimus, quod Eusebius cum Syncello significat: duplex tantum temporis significatio relinquitur, quarum una planis verbis pertinet ad id tempus, quo poeta innotescerat. Sed cum Panyasis duo carmina scripsit, alteram temporis indicationem pertinere ad alterius carminis editionem coniicimus. Eusebianum testimonium pro fundamento quodam habemus, Panyasim Ol. 72, 4 = 489. poetam inclaruisse. Quo indicio potest tempus, quo Panyasis natus sit, in universum definiri. Etenim si, ut certum numerum seligamus, illo tempore, quo poeta inclaruit, viginti quinque annos natus fuit, ortu suo in Ol. 66, 3 = 514. incidit. Hoc si tenemus Ol. 82, 3 = 450. quo anno capit is supplicio eum coercitum esse statuimus, annum sexagesimum quartum egit, quae aetas et per se iusta et ad magnam gloriam famaque celebritatem sibi comparandam satis superque idonea. Ad eam temporum rationem quidquid de tempore, de cognatione, de auctoritate vel publica vel privata aut certo proditur, aut conjectura ntitur, sine ulla difficultate referri potest. Nam mediis viginti annis Panyasis poeta innotuit; quadragenarius inclaruit; avunculus Herodoti triginta annos maior fuit, quam sororis filius; avus Panyasidis alterius nepoti et praceptor Antimachi discipulo praestitit saeculo dimidiato; princeps optimatum senex sexaginta quattuor annorum imperfectus est.

Incudit igitur Panyasis prima aetate in illud tempus, quo Iones non amplius servitutem patientes contra Persas exsurrexerunt, ut libertatem recuperarent. Fama et auditione accepit proelia, Sardium incendium, caedes Graecorum; videntur Caribus Cypriisque cum Ionibus coniunctis bellum etiam praesens, cui ipse pro aetate sua iam interesse poterat: nam sub exitu belli iam ephebus factus erat. Videntur deinde Graecos incendia bellorum Persicorum*) sanguine suo restinguentes facinoraque efficientes, quibus praeclarius ac divinus nihil potest cogitari. Sed illa aetas non solum magnam fortium virorum copiam effudit, verum etiam ad litteras praeclera et acuta genuit ingenia. Philosophiam, quae in Asia minore nata et post in Graeciam et Italiam traducta erat, profitebantur Xenophanes, Pythagoras, Heraclitus, Parmenides; Pindarus, Simonides, Bacchylides in lyricae poesis fastigio stabant; dramaticam artem Phrynicus, Aeschylus, Sophocles ad perfectionem adducebant; Epicharmus Cous coquiarum gloria florebat. Quid multa? Panyasis aetate sua in medium tempus devenit, quo Graecia et potestatis et litterarum in flore versabatur. Patria tantum non erat suae potestatis, quam ut in libertatem vindicaret Panyasis cum amicis ad seditionem spectabat. Quod cum tyranus rescivisset, ab auctoribus rerum novarum poenas repetiit.

proximum est. Suidas v. Πίνδαρος dicit: γεγονώς κατὰ τὴν ὀλυμπιάδα ξέ, κατὰ Σέργον ὄργαστελαν ὡν ἐτῶν μ'. Hoc loco γεγονώς nihil aliud significare potest, nisi natus.

*) Nescio quem Herodoti locum in mente haberet Tanaquil Faber, cum l. c. scribit Indicat alicubi Herodus se militem vidisse, qui proelio interfuerat Marathonio: quo dato inficiari nemo potest, quin illud quod nonnulli de Panyaside scripsere, verum sit. Idem fere dicunt Fabricius et Anonymous apud Funkium.

CAPVT IV.**DE PANYASIDE POETA.**

Quamquam Panyasidis vita ad eam Graecorum aetatem pertinet, qua vigor et cupiditas rerum gerendarum cum studiis artium optimarum consociata clarissimas victorias et immortales flosculos ingenii proferebat: is tamen admirabilia populi sui facta magis vidiisse quam sensisse atque in animum suum recepisse videtur. Nam dominatione Persarum aut tyrannorum in barbarorum obsequio versantium, quae sine dubio ex recenti illa seditione etiam multo acrior erat, Asiatici Graeci nimis premebantur, quam ut aciores animorum in Graecia impetus possent ipsos quoque concire. Itaque magna pars hominum eruditorum imprimis philosophorum patria relicta in liberam florentemque Graeciam aut in colonias Italicas se contulit et igniculos ac semina humanitatis secum portavit, quibus Graecia iterum ex Asia minore implebatur. In ora maritima Asiae minoris, quo posteri eorum heroum, qui Troiam everterant, partem popularium ex patria terra deduxerant et novas civitates constituerant, cum ipsis civitatibus efflorescentibus epica poesis laetiora ceperat incrementa. Deinde cum singulae civitates inter dimicationes tum domesticas tum extereras adolescenter et ad instantes res omnes animi ingeniique et corporis vires adverterent: cum recordatione temporis praeteriti simul epica poesi postposita lyrice poesis succedebat, quae ab initio politica bellicosaque mox moribus bellicosus emollitis amissaque libertate a publicis rebus remota prudentem vitae usum, vinum, amorem commendabat. Illa otiosiore ac languidiore aetate Panyasis vivebat, cuius patria Halicarnassus a Dorica hexapoli segregata aliquamdiu contentionibus popularium et optimatum, id quod ex aliis consimilibus exemplis colligi potest, dilacerabatur, donec potens tyrannica familia rerum potita est et sub imperio Persarum etiam principatum de finitimis quibusdam civitatibus tenuit. Panyasidis tempore ex ea familia clarissima erat fortis illa Artemisia, quam inter tot mulieres Xerxes in naval i apud Salamina pugna pro uno viro iudicavit. Ei successit Pisindelis et huic Lygdamis, qui Panyasim interemit. Tyranni propter factiosum nobilitatis animum sine dubio severissimum imperium exercuerint nobilesque a publicis rebus removerint. Panyasis, quem libenter nobis persuademus virum prudentissimum ac gravissimum suae partis fuisse, praeter ceteros in se tyrannorum animos converterit. Huius rei gnarus non modo ipse in agendo summe cautus et consideratus fuerit, verum etiam suos ad eandem circumspicienciam adhortatus sit, qua re necesse erat, ut sibi ipsi dissentiret, cum ardorem rerum gerendarum amaret, idem commendaret continentiam. Hi animi motus sibi repugnantes fieri non potuit, quin in dicendi rationem eam vim haberent, ut ea neque moderata neque fervida sed ex utroque virtutum genere mixta esset. Itaque in sui temporis statu rebusque acquiescere non potuit, praeterita animo repetit et res fabulosae ut in carminibus reviviserent curavit et antiquam poesim in usum revocavit. Et sic cum ea poesi, quae tum florebat, eius carmina pugnaverunt. Commode quidem res tractandas elegit, sed erravit in pertractione. Nam ex temporibus heroicis vita communis moresque civiles multis modis im-

mutata erant: dimicationibus civilibus, mercaturis magnis et copiosis, elegantibus artibus efflorescentibus, praecipue lyrice dramaticaque poesi, quae Panyasidis aetatem tenebant, studiis rerum divinarum humanarumque — his omnibus et aliis eiusmodi rebus effectum est, ut firma ac sincera de magnificentia heroicae aetatis opinio debilitaretur neque aut poeta aut auditores possent idonei esse, qui rebus se mythicis ea simplicitate et verecundia qua homines Homericae aetatis dederent. Nemo enim a contagione suae aetatis liber manet. Itaque nunquam potest contingere, ut quisquam ei rei¹, cuius vis vitalis non insideat in aetate, genuinam vitam restituat. Quamvis sit congruens externa forma, internum illud nescio quid deerit, quo sui quidque temporis mirabiliter oblectat.

Iam ex his intelligitur, Panyasim iis poetis non debere adnumerari, qui sint poetae gravissima huius vocis significatione quique carminibus suis omni ratione perfectis in mente eorum, qui illa vel legunt vel audiunt, propriam excitant earum rerum, quae movebant aequales, contemplationem. Nam verus poeta quid aliud est aut vult esse aut potest, nisi interpres eorum, quae aequales erudit et sentiunt et credunt et cogitant et sciunt? Qui aliud facit, alienus est inter suos, non intelligitur, non observatur. Idem tamen in eo numero haberi potest, qui studio potius et artificio, quam natura et ingenio in arte ac poesi ita excellunt, ut non admodum multum a perfectionis laude abesse videantur: qua virtute qui praediti sunt, quamquam ea non est prima aut summa, tamen in historia litteraria honorificum locum omni tempore tenent. Itaque non est mirandum, quod Panyasideam poesim tanquam suo tempori non convenientem aequales negligebant²). Sed hoc non ita intelligendum est, ut Panyasidis carmina inter aequales prorsus ignota mansisse putem. Erant sine dubio nota, sed non vivebant. Propter largam materiam probabile est ex iis tanquam ex diviti fonte alii vel logographi, vel poetae, ut tragici, vel artifices hausisse. Postiores demum, ubi propria Graeci populi natura permutata, libertas amissa, poesis ex publica vita inter privatos eruditorum parietes retenta, docta poetarum pertractatio accepta est, ea gloriabantur quam maxime. Certe nemo eiusdem aetatis scriptor, quotquot scimus, Panyasim nominatim commemorat: qui primus id facit, eius popularis Dionysius Halicernasseus est³). Ex quo tempore solet frequentius attingi maxime a Scholiastis et scriptoribus antiquariis.

Sed memoratu dignum est, quod omnes mentiones poetae omniaque exempla ex eius carminibus petita ita ad epicum carmen pertinent, ut poeta aut epicus nominatim dicatur, velut ab Athenaeo II. p. 36. D. ἐποποιός et a Suida Eudociae ποιητὴς ἐπῶν, aut ita insigniatur, ut illico epicus agnoscatur, et ejus carmen aut simpliciter nominetur aut ex argumento loci allati facile coniuci possit. Praeter Suidam Eudociamque nemo inter veteres scriptor Panyasim significat elegiacum poetam neque de eius elegiaco carmine ullam mentionem facit. Etsi nihil est, quod non unum alterumve vocabulum, quod cum nudo nomine Panyasidis ab antiquariis scriptoribus citatur, item in elegiaco poemate, quin etiam in libro somniorum interprete alterius Panyasidis, ut in epico carmine potuerit locum habere: tamen nescio an sit

¹) Bodius p. 506. ipsum contrarium affirmit et in eandem sententiam Schinekius p. 94. disputat, sed uterque sine ratione.

²) Neminem esse puto, qui post Bernhardyi Eratosthenica de catasterismis cogitet.

certius propter silentium totius antiquitatis de elegiaco carmine actum et propter multo minor rem celebritatem alterius Panyasidis cunctas reliquias Panyasideae poesis ad epicum carmen referri.

Quae cum ita sint, iudicia quoque ac testimonia de Panyaside a veteribus edita ad solum epicum poetam pertinent. Haec iam perlustremus, ut videamus, num illa, quae supra p. 21 sq. disputavimus, ratione sint disputata.

Primum est, quod Suidas et Eudocia Panyasim restitutorem epicae poesis appellant: δες σφεσθείσαν τὴν ποιητὴν ἐπανήγαγε. Ποιητικὴν autem et ποιητὴν nullo epitheto adiecto epicum genus grammatici significare volunt: qua de re cf. Io. Tzetza Proleg. Hes. III. p. 11. Gaisf. Τῶν ποιητῶν οἱ μὲν εἰσὶ λυρικοί, οἱ δὲ μονῳδοί... καὶ ἔξαίρετον δέ, οἱ ἐκ περιουσίας καὶ ἀνωνύμως καλούμενοι ποιηταί... Ποιηταὶ δὲ ἀνωνύμως καὶ καὶ ἔξοχὴν ἔκεινοι καλοῦνται, οὐçπερ χαρακτηρίζει ταῦτα τὰ τέσσαρα, μέτρον ἡρωϊκὸν, μῆθος ἀλληγορικός, ἰστορία, ἥτοι παλαιὰ ἀργήσας, καὶ ποιὰ λέξις, ἥτοι ἡρωϊκή, καὶ ἀξιωματική, καὶ τῷ ἡρωϊκῷ μέτρῳ ἄριστον, ἀλλὰ μὴ κατατετιμμένη καὶ χθαμαλή. Idem dicit Andronicus in Bekk. Anecd. III. p. 1461. ποιηταὶ δὲ ἀπροσδιόριστοι καὶ καὶ ἔξοχὴν εἰσιν —. Consentit Schol. Oppian. in Cod. Sylb. apud Rittersh. p. 8. ποιηταὶ μὲν κνωίως καὶ ἔξοχὴν εἰσὶ πέντε πτλ., qui a ποιηταῖς etiam ἐποποιούσι secernit. Cuius usus alia exempla post O. Muellerum in Mus. Rhen. V. p. 340. Fr. Ritscheli in Corollario ad Bibl. Alex. p. 3. collegit. Ac profecto hanc laudem suo iure Panyasis vindicare poterat. Nam etsi epica poesis inde ab Homeri tempore usque ad Panyasidis aetatem sine dubio nunquam prorsus desiit exerceri, nullus tamen egregius poeta inter Pisandrum Camirensem et Panyasim exstitit. Pisander autem circiter uno et dimidiato saeculo prior erat quam Panyasis. Cum Ulricius p. 500 sq. hoc spatium temporis intermissum uno fere saeculo coarctari vult, eae rationes, quibus utitur, parum sufficiunt et Suidae verbis dissolvuntur, quae ad multo longiorem epicae poesis intermissionem spectant, quam ea est, quae ab Ulrico conceditur. Pisandro mortuo etiam epica poesis praemortua esse atque extincta videtur. Post perlongum demum tempus Panyasis natus est, qui poesim extinctam excitavit in usumque revocavit. Propter hanc rem feliciter tractatam Panyasis tantam apud posteriores gloriam consecutus est, ut ab iis ad numerum magnorum quinque poetarum epicorum adscriberetur atque adeo a quibusdam tanquam alter Homerus coleretur et secundus ab Homero haberetur: quod Suidas auctoribus quidem non nominatis his verbis testatur: ἐν δὲ ποιηταῖς τάττεται μετ' Ὀμηρον. Consentire videtur Grammat. Byzant. Anonym. Epist. XXI. ap. Cram. in Anecd. Ox. III. 189, 22. εἶπον ἀν καὶ τίνες μὲν τοῦ ἑπτού γεγόνασι πρότιστοι ποιηταὶ, ὃν δὲ Παντάσις γνωριμώτατος μετὰ Ὀμηρον. Hoc tamen iudicium non fuisse commune, sed alios aliter iudicasse ex verbis sequitur, quae Suidas statim subiungit: καὶ δέ τινας [τάττεται] καὶ μετ' Ησίοδον καὶ Ἀρτίμαχον. Quae verba hoc significant, grammaticos inter se ambigere, utri potissimum ab Homero secundas deferant, Hesiodo Antimachone, ita ut Panyasis tertias agat. Falso verba intellexit Duebnerus p. 14a. cum coniungit cum Dionysiano illo Quintilianeque iudicio Panyasin ex utroque mixtum putant in eloquendo neutriusque aequare virtutes. Priorem ordinem observatum videmus in Io. Tzetzae iambis περὶ διαφορᾶς ποιητῶν a Duebnero in Mus. Rhen. IV. 3. pp. 393—409. et a Cramero in Anecd. Gr. III. p. 340, 1. editis:

170. Πεντάς δὲ τούτων ἐστίν εξηρημένη,
Ομηρος, Ἡσίδος, Πάννασις τρίτος,
Πείσανδρος, Ἀντίμαχος, οἱ δὲ ἄλλοι νέοι.

Eundem ordinem Is. Tzetta in Lycophr. III. p. 251. Muell. conservavit mutatis tantum Pisandri et Antimachi locis. Γεγόνασι δὲ δυομαστοὶ ποιηταὶ πέντε. "Ομηρος ὁ παλαιὸς, Ἡσίδος, Πάννασις (fortasse Πάννης), Ἀντίμαχος καὶ Πείσανδρος, quem videtur secutus esse Phavorinus in Lexic. v. ποιητής p. 1529, 4. Bas. qui etiam Πάννης habet. Idem Ioannes alterum quoque ordinem exhibet in Proleg. ad Hes. III. p. 12. Gaisf.: Γεγόνασι... "Ομηρος ὁ παλαιός, Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Πάννης (sic enim ex cod. Paris. G. et Trinc. scribendum esse videtur; cod. Paris. F. habet πανάης), Πείσανδρος ὁ Καμειδεὺς καὶ ὁ Ἀσραῖος οὗτος Ἡσίδος, cui Andronicus περὶ τάξεως ποιητῶν in Bekk. Anecd. Gr. III. p. 1461. plane assentitur etiam in perversa nominis Panyasidis scriptura. Alium ordinem invenimus in Schol. ad Oppian. p. 8. Rittersh. "Ομηρος ὁ πολὺς, Ἡσίδος, Ἀντίμαχος, Πείσανδρος καὶ Πάννης.

Alium denique poetarum collocandorum rationem secuti sunt Grammatici Alexandrini, qui scriptorum indices conficiebant quique praeter praestantiam poetarum praeципue tempus, quo quisque vixerit, videntur respxisse hoc ordine: Homerus, Hesiodus, Pisander, Panyasis, Antimachus. Nescio an sit Zenodotus is, qui primus poetas secundum temporis rationem ordinaverit. Certe verba scholii Plautini illius notissimi Zenodotus vero Homerī poemata [collegit et in ordinem redegit] et reliquorum illustrium poetarum i. e. epicorum, ut Graeca docent ap. Ritsch. l. c.: τὰς δὲ ποιητικὰς Ζηρόδοτος πρώτον [διωρθώσατο], eiusmodi interpretationem minime reiciunt, immo postulare videntur, praesertim cum supra p. 23. viderimus, Graec. grammaticos nomine ποιητῶν solos quinque magnos epicos appellare et eo nomine non solum a poetis cuiusvis generis, sed etiam ab iis secernere solere, quos eosdem epicos nos appellamus, illi ipsi ἑποποιούν. Ritschelius nimium largitur, cum Zenodoti industriam pertinuisse etiam ad lyricos cuiusvis generis cogitari posse permittit. Hunc ordinem servarunt Proclus in Bibl. Cod. 239. p. 319. Bekk. et in Bibl. vet. litt. fasc. 1. p. 7. Γεγόνασι... "Ομηρος, Ἡσίδος, Πείσανδρος, Πάννης (sive Πάννησις), Ἀντίμαχος, quo in ordine consentit grammaticus Biblioth. Coisl. p. 597. ubi legitur Πάννησις. Eundem fortasse secutus est Anonymus Grammaticus cum Censorino editus, ita tamen, ut non omnes quinque, sed tres tantum primos hac chronologica serie nominet c. 9. p. 12. Carrio. Prior est musica inventione metrica, cum sint enim antiquissimi poetarum Homerus, Hesiodus, Pisander, et hos secuti sunt elegiarii. Habemus igitur sextuplicem canoniconum qui vocantur poetarum ordinem:

1. Homerus, Hesiodus, Pisander, Panyasis, Antimachus.
2. Homerus, Hesiodus, Panyasis, Pisander, Antimachus.
3. Homerus, Hesiodus, Panyasis, Antimachus, Pisander.
4. Homerus, Hesiodus, Antimachus, Pisander, Panyasis.
5. Homerus, Panyasis.
6. Homerus, Antimachus, Panyasis, Pisander, Hesiodus.

Ex loco, quem quisque apud Dionysium Halicarnasseum et Quintilianum obtinet, non potest de principali ordine concludi: primum quod Pisander in aestimatione quinque magnorum

epicorum praetermissus est*), deinde quod communio, quae Panyasidi est cum Hesiodo et Antimacho existimatoribus eam necessitatem imponebat, ut ii hunc ex illorum natura iudicarent. Restat aliud iudicium interpretis Oppiani, a quo Vossio teste in libro de Vett. Poett. temp. c. 5. p. 27. inter eos refertur Panyasis, qui *καὶ ἐξοχήν* poetae nomine digni habentur. Hi fuere Homerus, Eupolis, Hesiodus, Antimachus, Nicander et Panyasis. Locum ipsum invenire non potui. Deinde Grammat. Byzant. Anonym. ap. Cram. l. c. Panyasim poetam γυναικότατον μετὰ "Ομηρον" vocat. Denique Macrobius Sat. V. 21. de Panyaside iudicium facit eumque *egregium scriptorem Graecorum* appellat.

Sed haec omnia iudicia quamvis sint ipsa honorifica, tamen efficere non possunt, ut recte de iis virtutibus sentiamus, propter quas Panyasis in summis poetis habeatur. Plus discimus ex Dionysii Halicarnassei et Quintiliani aestimatione, quorum uterque Panyasim cum Hesiodo et Antimacho comparat eiusque praestantiam ex iis cognatis poetis terminat. Dionysius in Cens. Vett. poett. II. 2. 3. Frotsch. haec habet: 'Ησίοδος μὲν γὰρ ἐργάντισεν ἡδονῆς καὶ δύομάτων λειτέτος καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς. Ἀντίμαχος δὲ εὐτονίας καὶ ἀγωνιστικῆς τραχύτητος καὶ τοῦ συνήθους ἥπης ἐξαλλαγῆς; et in Compos. Verb. XXIII. p. 342. Schaeff., ubi medium quod vocatur dicendi genus tractat 'Ἐποτοιῶν οἴν, inquit, ἔγογε μάλιστα νομίζω τοιτοὺν τὸν χαρακτῆρα ἐπεξεγάσσασθαι' Ήσιόδον, et XXII. p. 300. (austerae orationis) πολλοὶ μὲν ἐγένοντο ἔγλωτται κατά τε ποίησιν καὶ στοργίαν καὶ λόγους πολυτικούς, διαφέροντες δὲ τὸν ἄλλων, ἐν μὲν ἐπικῇ ποιῆσι ὁ τε Κολοφώνιος Ἀντίμαχος καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικός. Cum hoc iudicio consentit Quintilianus Institt. orat. X, 1, 52. 53. Raro assurgit Hesiodus magna pars eius in nominibus est occupata: tamen utiles circa praecepta sententiae levitasque verborum et compositionis probabilis: daturque ei palma in illo medio genere dicendi. Contra in Antimacho vis et gravitas et minime vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamvis ei secundas fere grammaticorum consensus deferat et affectibus et iucunditate et dispositione et omnino arte deficitur: ut plane manifesto appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. Uterque existimator Hesiодi Antimachique proprietatibus percensis subiungit Panyasim, quem cum utroque comparat: Dionysius ib. 4. Πανίσατις δὲ τάς τε ἀμφοῖν ἀρετὰς ἡγέρχεται καὶ αὐτῶν πραγματείᾳ καὶ τῇ καὶ αὐτῶν οἰζονομίᾳ διγένετεν; Quintilianus ib. 54. Panyasin (Panesium Cod. Par. 1.) ex utroque [Hesiodo et Antimacho] mixtum putant in eloquendo neutriusque aequare virtutes: alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari. De Hesiodo et Antimacho prorsus et ratione iudicandi et iudicio lato cum Dionysio Quintilianus consistit, et per se est probabile eum non discessurum esse aestimatione poesis Panyasideae. Videtur tamen dissentire. Nam si illud τῇ καὶ αὐτῷ non cures, simpliciter interpretare: Panyasis autem cum virtutes utriusque suas faceret, tum eos materia

* Quintilianus Pisandrum demum post Apollonium, Aratum, Theocritum recensitos § 56. leviter attigit, ne ab hominibus litterariis remotus ab eius cognitione esse incusetur. Errant igitur Ulricius p. 497. et Bodius p. 505., cum ex Quintiliano hunc prorsus novum ordinem aferunt: Homerus, Hesiodus, Antimachus, Panyasis, Pisander.

superavit et ratione disponendi. En habes opposita iudicia. Sed quamvis re alter cum altero discrepare videatur, vocabulis tamen consentiunt et cum Dionysii iudicium manifesto appareat confuse traditum esse et in singulis quibusdam vocibus corruptelas latere*), nulla dubitatio potest esse, quin ex Quintiliane iudicio Dionysianum corrigi debeat. Rem sic expedio. Dionysii Censuram ex ampliore scriptione in breviorem contractam habemus**). Illud ambiguum ἡγέρνατο, quod per se nihil aliud est, nisi sibi tulit, suum fecit quodque Quintiliane illi mixtum respondet, tam potest esse aequavitis, quam non aequavitis, epitorum priore significatione accepit. Quamquam negari non potest, aliquid scrupuli in vocibus τὴν οὐσίαν αὐτῶν residere. De ceteris vocabulis res plana et aperta est. Ηρακλεῖα enim primum est occupatio alicuius rei, praeter ceteras occupationes etiam scriptio, atque adeo ex posteriorum usu loquendi scriptum ipsum, aut ut nos solemus de novicio more dicere opus: cuius usus Schaeferus ad Dionys. Comp. Verb. p. 14. exempla congesit. Deinde omnes eas res significat, in quibus cuius ars occupata est sive versatur h. e. materia, ut Quintilianus interpretatur. Οἰνοφοία denique est disponendi ratio h. e. materiae distributio in eum ordinem, ut singulae partes rerum ponderibus examinatae cum inter se tum maxime ad totum congruant. Videmus igitur in Quintiliane iudicio acquiescere nos debere diiudicareque de hoc illud Dionysianum. Spaldingius ad Quint. l. c. quamquam singula coniungit, totius tamen discrepantiam reliquit. Funckii ratio, qui idem utrumque locum p. 13. sqq. tractat, satis implicata minimeque clara est. Ecksteinus Latino critico in iuriam facit, etiamsi non de toto genere, at de his verbis, cum ab eo Graecum iudicium transcriptum esse contendit. Ipse tamen sui Dionysii verba negligit et Quintilianum ex dissertatione in notam amotum sequitur. Sed hoc certum videtur, Quintilianum Dionysii verba non sic potuisse legere, ut vulgo eduntur. In eadem sententia versari videtur Duebnerus, cum p. 14a. sic scribit: Quae (Dionysii verba) pleniora et distinctius relata legerat Quintilianus.

Tria sunt, quae Dionysius Quintilianusque de Panyasidea poesi tradunt: primum pertinet ad dictionem, quae propriam et Hesiodeae et Antimacheae orationis indolem in se coniunxit, sed ita coniunxit, ut neque ad huius granditatem assurget, neque illius dulcedinem aequaret***): ex quo tamen non efficitur, Panyasidis orationem per se lanquidam fuisse atque incomptam et omni gravitate et sublimitate caruisse: immo sequitur, ut et mitis fuerit et grandis, quamquam in neutra virtute prae Hesiodea et prae Antimachea laudabilis. Rectissime igitur Quintilianus eam appellat mixtam. Tale quid iam supra p. 21. suspiciati sumus. Itaque in hoc iudicio eo magis acquiescere possumus, quo magis in se veritatem habet, quoque magis praeterea eius fides amplioribus reliquiis confirmatur. Eae enim in universum miram iucunditatem orationis clarumque candorem produnt et utilia praecepta continent, ut non iniuria cum

* Reiskius p. 419. sic corrigi vult: αὐτῶν τὴν τε πραγματείᾳ καὶ τὴν οὐσίαν οἰνοφοίᾳ.

**) Legere non potui A. G. Beckeri dissertationem de Dionys. Hal. ind. crit. in eius libro: Die Rednergewalt des Demosthenes. Wolfenb. 1829.

***) Utricus p. 503. Quintiliani iudicio non diligenter usus est, cum dicit, Panyasidis dictionem teste Quintiliano neque Homericam fuisse neque Hesiodeam.

suavi et sententioso Hesiodi genere dicendi possint comparari. Cf. Fragm. XVII. XVIII. XX. XXI. Ad quam granditatem Panyasis in singulis quibusdam partibus carminis sui progressus sit, ut eum critici dicere possent ab Antimacho in hac re superatum esse, cum huius generis nullum continuum fragmentum extet, ex quo praeter Hesiodeam indolem magis Antimachea eluceat, nostro ipsi iudicio usi non possumus ex longioribus reliquiis comprobare. Sed ipsum quoque ab simplicitate antiquae poesis et usitata dictione modo novis vocabulorum figuris novave verba conformando, modo inusitata aut parum nota usurpando, modo novas ex antiquis vocabulis significaciones excutiendo recessisse, ut animos aequalium epicae poesis tam negligentium, quam ad lyricam et dramaticam mobilium novitate orationis ad obsoletam rem alliceret, etiam ex tanta paucitate fragmentorum, quae praeterea magis Hesiodeam indolem produnt, pluribus exemplis obtineri potest. Huc, nisi fallor, referri possunt ἀβλεμέως πίνων XX, 8; ἀέρση ib. 13; βῃλά XXX.; βορῆ πεπαπωρέον XVII, 18; *ἐνεόψων πίνει ib. 11; νοσσάδας ὄρνις XII; *παραδινήεται XV, 3; πλημμύροντα sc. βορῆ XVII, 19.

Sed eae et aliae eiusmodi res laudi potius vertebantur epicis poetis. Et potest ob eas res Panyasis partem aliquam laudis, quam Aristoteles Poet. XXII. poetis dictionis virtute insignibus tribuit, ipse quoque vindicare. Dicit ille: Λέξεως δὲ ἀρετὴ, σαφῆ καὶ μὴ ταπεινὴν εἰναι. 3. σεμνὴ δὲ καὶ ἐξαλλάττοντα τὸν ἴδιωτικὸν ἡ τοῖς ξενικοῖς κεχρημένη, ξενικὸν δὲ λέγω γλῶτταν, καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν, καὶ πᾶν τὸ περὶ τὸ κύριον κτλ. 18. αἱ δὲ γλῶτται [μάλιστα ἀρμόστονται] τοῖς ἡρωϊκοῖς. Cum his coniungi possunt quae de quattuor proprietatibus epicorum poetarum disputatione Io. Tzetta, Andronicus et Scholiasta Oppiani. Vid. supra p. 23.

Sed in hac ipsa dupli dictionis indole, quod poeta orationem ita variavit, ut ea modo cum aequabilitate epica proflueret, modo ad lyricam quandam sublimitatem attolleretur, eius proprietates virtutum et vitiorum positae sunt. Ex altera parte huius rei eius discipulus Antimachus longe praeceptorem praeccurrit. Sed neutrum quantumvis orationem suam ad communem assensionem accommodare eniteretur, aequalibus probari potuisse ex ipsa natura epicae poesis intelligitur.

Panyasis etiamsi in virtutibus Hesiodo et Antimacho cessit, eos tamen duabus reliquis rebus alterum altera vicit, Hesiodum materia, Antimachum disponendi ratione. *Hραγγατεῖα* sive materia sine dubio significat fabulas, in quibus utriusque poetae ars versabatur. Hesiodea autem carmina, quae de materia cum Panyasideo in comparatione coniungi possunt, genealogica sunt. Quod si est, quaeri potest, num hoc sit ita accipendum, ut critici aut ipsam fabulae praestantiam aut multitudinem fabularum in uno carmine conclusarum voluerint significare. Sed quia Hesiodi poesis magnam partem genealogica erat, hoc necessario inde sequebatur, ut cunctae fabulae communem quandam similitudinem haberent: Panyasis vero, qui maximum Graecorum heroem voluit eum esse, per quem aut propter quem omnes res in carmine gerebantur, vel diversissimas fabulas ad Herculem pertinentes coniungere magnamque varietatem in carmine suo efficere potuit. Negari igitur non potest, Panyasim uberrimam materiam delegisse, quae etiam minus bono poetae laudem quandam parare potuit. Sed quid et quantum poeta sibi proponere voluerit, non est critici vel laudare vel vituperare, sed de-

bet is dicere sententiam, quomodo poeta sibi propositum expedierit. Laus materiae bene delectae est quidem laus, sed secundaria et in vitium etiam verti potest, si pertractatio friget.

Magis ad rem pertinet laus, quae ei piae Antimacho tribuitur, quem Quintilianus dispositionem et omnino artem deficere dicit. Nec vero haec laus per comparationem eius, qui disponendi ratione caret, admodum magna est. Sed nihil impedit, quominus eam praestantiam in partem quam optimam accipiamus: quamquam quo artificio poeta efficerit, ut Antimachum superaret, iam non potest demonstrari. Possumus tamen coniicere, Quintilianum disponendi rationem ita intelligi voluisse, ut sit materiae distributio in eum ordinem, ut quomodo singulae partes ad totum quoddam pertineant facilius perspiciatur. Hoc ut poeta consequeretur, fortasse externa quaedam adminicula, velut eosdem transitus, adhibuit. Tria sunt, quae ad hanc opinionem ducunt, quorum unum nititur in comparatione cum Hesiodo, quem in genealogicis carminibus ab una ad alteram fabulam eadem fere ratione transire constat; alterum est, quod tale quid ex Aristotelis loco, qui mox afferetur, potest concludi; tertium denique in ipsa materia positum est. Suffragabantur enim huic rei singulae Herculis actiones, quae in tempore circumscriptae et inter se discretae apparebant, quaeque omnes semper ad unum recurrebant. Quo fieri potuit, ut, quamvis largam poeta materiam in amplum carmen encyklum produceret, idem tamen facilis et celerius ut unum carmen animo comprehendetur. Contra Antimacho multo maiores difficultates materia attulit. Nam praeter unum Adrastum erant plures alii heroes. Quodsi de una persona ad aliam oratio deflectebat, actio aequabiliter procedere nullo modo poterat: immo ubi in una persona promovebatur, stabat in reliquis. Itaque oratio modo hoc, modo illuc debebat degredi: quo omnis dispositio necessario disturbabatur. Ceterum apud Panyasim de dramatica compositione, qua usus est Homerus, non esse cogitandum*), cum ex poematis encyclii natura elucet, tum praecipue colligi potest ex Aristotelis Poet. VIII. 1. 2. ubi haec sunt: μῆθος δὲ ἐστιν εἰς, οὐκ ὥσπερ τινὲς οἴουνται, ἐὰν περὶ ἑνὸς ή πολλὰ γὰρ καὶ ἀπειρα τῷ ἐνὶ συμβαίνειν ὥσπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτε φασίν. ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἔν. οὐτω δὲ καὶ πράξεις ἐνδὲ πολλαῖ εἰσιν, ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίγνεται πρᾶξις. δὲ ὁ πάντες ἐοίκασιν ἀμαρτάνειν, ὅστι τῶν ποιητῶν Ἡρακλῆδα καὶ Θησηΐδα καὶ τὰ τοιαῦτα ποιήματα πεποιήκασιν. οἴονται γάρ, ἐπεὶ εἰς ἣν δὲ Ἡρακλῆς, ἑνὸς καὶ μῆθον εἶναι προσόχειν. Οὐδὲ "Ομηρος, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει καὶ τοῦτ' ἔστι τοικε καλῶς λέειν, ἵνοι διὰ τέχνην ή διὰ φύσιν. Οδυσσείαν γὰρ ποιῶν οὐκ ἐποίησεν ἀπαντά δόσα αὐτῷ συνέβη, οἷον πληρῆναι μὲν ἐν τῷ Παρνασσῷ, μανῆναι δὲ προσποιήσασθαι ἐν τῷ ἀγεομῷ· ὡν οὐδέν θατέρον γενομένον ἀναγκάσον ἣν η εἰκός θάτερον γενέσθαι· ἀλλὰ περὶ μίαν πρᾶξιν, οἷαν λέγομεν, τὴν Οδυσσείαν συνέστησεν. Ηαec cum iis coniungenda sunt, quae Aristoteles c. XXIII, 4. 5. 6. disputavit. Summus criticus illis poetis opponit Homeris exemplum, qui unam de omnibus rebus elegit et quidquid heroibus alio aetatis tempore accidit, si non ad totum pertinebat, consulto praetermisit, aut, si una fabula nimia erat, unam partem sumpsit, ex ceteris episodia fecit. Longius progressi sunt ii,

*) Ulricius Schinckiusque manifesto nimium ex Dionysio Quintilianoque interpretantur, cum de artificiis compositione dramatica cogitant et ad eam opinionem comprobandam ad fragmenta provocant, in quibus quid dialogi observetur. Num in epico carmine et carmine tanti ambitus dialogus mirus videri potest?

qui arctiore significatione cyclici*) vocantur, qui integrum unam fabulam e multis partibus constantem, sed circa unam personam et in uno temporis spatio versantem poetice tractabant. Hoc loco Aristoteles non iterum commemorat eos poetas, qui Heracleas composuerunt, quia de poetis dicit, qui unam actionem tractarunt. Nam ii etiam cyclicos superabant, cum non unam actionem vel uberrimam, sed plures atque adeo quidquid per totam vitam personae primariae accidit, uno tenore narrabant, et ut transitum ad novam fabulam pararent, plerumque particulis temporalibus *ποτέ* aut *ἄλλοτε* utebantur. Hoc iudicium etiam in Panyasim cadit, quamquam Aristoteles poetam non nominat. Videmus igitur, ab Homero in epicis carminibus dramaticam unitatem esse observatam, ab reliquis historicam et hanc quidem ita, ut priores ad heroem quandam unam tantum fabulam certo constitutoque tempore definitam deferrent, posteriores plures per longum tempus distributas. Ita Homeri carmina magis in latitudinem crescunt, reliquorum in longitudinem. Hac ratione ii posteriores epici se magis ad Hesiodum applicarunt, cuius eiusdem fabulae extrinsecus colligantur, non interno vinculo inter se connectuntur. Sed alia quoque ratione sunt Hesiodi similiores quam Homeri. Hic Panyasim tantum eiusque Heracleam respicimus. Mythus ille Herculis iam Panyasidis tempore in duas partes eximie variatus atque exaggeratus erat. Primum enim Herculis certamina cum immanibus belluis instituta in poesim inducta erant; deinde mythicus Hercules in colonias et in eas peregrinas terras, in quas Graecae litterae artesque manabant, cum Graecis migraverat, ibique in locum indigenarum heroum consimilium substitutus erat: quibus rebus factum est, ut non solum labores incredibiliter multiplicarentur, sed etiam sedes rerum perpetuo mutaretur aut in spatium immensum quantum extenderetur. Sed eiusmodi materia cum omni poetae satis difficilis ac lubrica est, tum maxime epico, qui certas actions in certas personas certaque loca coaretas requirit, ut quae intra certos fines perspicue intueatur, eadem auditoribus repraesentet. In ea tanta varietate rerum et locorum, quam Herculis mythus Panyasidi obtulit, nisi poeta propria figurandi arte nimiam redundantiam comprimeret, fieri non potuit, quin pro Homericá tranquillitate et simplicitate variae vicissitudines in carmine versarentur, et pro communi sentiendi et intuendi ratione, quae nulla poterat esse, quaeque quam maxime ad epica carmina pertinet, poeta sua ipse cogitata subiiceret, aut, ut breviter noviciis vocabulis dicam, pro obiectiva explicatione irreperet subiectiva. Haec est altera similitudo quae intercedit inter Panyasim et Hesiodum, propter quam eius reliquia in collectiones sententiosas receptae sunt. Eam autem Panyasidis rationem fabulae tractandae fuisse fragmentis probatur, quae non solum magnam rerum varietatem et theatrum expeditionum herois ab Europa tum in Africam, tum in Asiam translatum ostendunt: sed etiam orationis colorem quendam produnt, qui potius ex poetae animo, quam ex rebus personisque profectus est. Amplificavit autem poeta mythum eo, quod praeter satis notas fabulas iam a prioribus poetis, velut ab Homero, Hesiodo, Creophylo, Pisandro, Stesichoro tractatas, quibuscum non raro consensit, et ita

*) Possemus poetas, qui cyclicos insequebantur, Pisandrum, Panyasim, Antimachum, ut hos ab illis secereremus, encyclos vocare eorumque carmina, ut illorum cyclica, sic horum encyclia. Illi singulis carminibus ut totidem partibus unius cycli unum eundemque cyclum redintegrabant, hi uno carmine totum quendam ipsum cyclum complebant. Schoellius Panyasim inter cyclicos poetas refert.

consensit, ut furtum litterarium Creophylo fecisse a Clemente Alexandrino Strom. VI. 2. 25, = 751. incusari posset — praeter notas igitur fabulas etiam novas et in Graecia et in peregrinis terris de Hercule ore propagatas primus in poesim induxit. Plerarumque enim rerum, quae in fragmentis memorantur, nullum quidem Panyaside antiquiore auctorem habemus. Sed quamvis multa in fabula novaverit, tamen Herculem ipsum unum eundemque Graecum heroem significavit. Etenim si Plutarchus De Herod. malign. III. p. 1575. A. Steph. poetam non simul cum aliis enumerat, hoc equidem putaverim ab eo factum esse aut casu aut inscitia. Ibi de uno et eo quidem Graeco Hercule haec leguntur: (*Ἡρόδοτος*) φιλοτιμούμενος μὴ μόνον ἄλλους Ἡρακλεῖς Αἰγυπτίους καὶ Φοίνικας ἀποφαίνειν, ἀλλὰ καὶ τοῦτον, ὃν αὐτὸς τοίτον γεγονέναι φησίν, εἰς βαρβάρους ἀποχεγῶσαι τῆς Ἑλλάδος. καίτοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν οὐκ Ὁμηρος, οὐκ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος, οὐκ Πείσανδρος, οὐκ Σεησίχορος, οὐκ Ἀλκμάν, οὐκ Πίνδαρος Αἰγυπτίους ἔσχοι λόγον Ἡρακλέους η̄ Φοίνικος, ἀλλ ἐνα τοῦτον ἴσσατο πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιωτίου ἥμιν καὶ Ἀργεῖον. Hunc locum Funckius p. 11. ita interpretatur, ut a Plutarcho nomen poetae sibi persuadeat consulto praetermissum esse, quod is ex Plutarchi sententia primus fabulas de Hercule Aegyptio et Phonicio ad Herculem Thebanum traduxerit. At Plutarchus Herodotum castigat, quod ille plures Hercules fixit a Graecisque suum abalienavit. Praeterea in iis nominibus etiam aliis poetae nomen deesse disci potest e Schneidewini Ibyc. p. 173.

Si omnia quae hactenus disputata sunt breviter amplectimur, videmus testimoniis his a veteribus de Panyasidea poesi editis approbari ea, quae supra p. 22. in universum diximus, Panyasim iis poetis adnumerandum esse, qui maiore cura, quam ingenio carmina condant. Nam ingenium poeticum si in eo verissimi et principalis generis fuisset, vix eum illo tempore, quo vixit, ad epicam poesim duxisset. Sed mittamus haec: ad ipsa carmina transeamus.

De carminibus in vulgaris Suidae exemplis haec leguntur: *Ἐγραψε δὲ καὶ Ἡρακλεάδα ἐν βιβλίοις οὗ εἰς ἐπη θ. Ἰωνικὰ ἐν πενταμέτρῳ, ἔστι δὲ τὰ περὶ Κόδρον καὶ Νηλέως, καὶ τὰς Ἰωνικὰς ἀποκτίας εἰς ἐπη ζ.,* in quibus verbis cum Suida, ut solet, Eudocia consentit. His verbis tria carmina Panyasidi tribuuntur: unum de Hercule, alterum de Codro Neleoque, quod Ionica inscriptum fuisset, tertium de Ionicis coloniis. Ac simili ratione a librario Cod. Voss. his verbis *Ἐγραψεν Ἡρακλεάδα καὶ Ἰωνικὰ καὶ τὰ περὶ Κόδρον καὶ Νηλέα καὶ τὰς Ἰωνικὰς ἀποκτίας εἰς ἐπη ζ.* etiam quattuor carmina commemorantur, quae cuncta implebant circiter septem milia versuum^{*)}). Etiam L. Gyraldus praeter Heracleam tria carmina agnoscit Scriptisse illum praeterea accepimus quae Ionica dicta sunt versu pentametro, item de Codro ac Neleo, deque Ionicis coloniis ad septem usque millia versuum. Sed propter scripturas manifesto confusas cod. Voss. hoc quidem loco nullius est momenti: nec vero vel in Eudociae Violario vel in Suidae Lexico, ut vulgo editur, vera scriptura agnosci potest, quia non est probabile sine luculento quidem testimonio Panyasim bis terve eandem rem diversis carminibus tractasse. Quam ob caussam Heysius conjectura per

^{*)} De hac ratione, qua omnium poetae aliquius carminum versus in summam summarum referri solebant cf. Bitschel. Bibl. Alex. p. 92. sqq. imprimis p. 102.

se parum probabili Suidae verba emendare conatus est, accusativum τὰς Ἰων. ἀποτίας in genitivum τῆς Ιων. ἀποτίας immutans. Sed ut nunc ex Gaisfordii editione scimus, non opus est conjectura, quoniam in codice optimo Paris. A. pro genitivis Κόδρον et Νηλέως exhibentur accusativi Κόδρον et Νηλέα: qua scriptura a Bernhardyo quoque recepta omnis difficultas tollitur. Manet, Panyasim duo tantum carmina composuisse.

Praeter haec duo carmina num Panyasis quidquam scripserit ignotum est. A recentiore quidem scriptore per errorem poetae tertium quoddam carmen nomine Lydia delegatum est. Fortasse Io. Christoph. Wolfius Werningerodensis⁹⁾), qui scriptorum in Schol. ad Apollonium Rhodium memoratorum indicem confecit a Fabricio in Bibl. Gr. editum et a Schaefero in editione Apollonii repetitum, ex his Schol. verbis ad IV, 1149. Πάντας δέ φησιν ἐν Λυδίᾳ νοσήσαντα Ἡρακλέα πελ. novum illud carmen fortuito non consulto elicuit. Deceptus est Fabricius, qui dicit Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 1149. ubi Panyasis ἐν Λυδίᾳ citatur. Verum iam G. I. Vossius vidit interpretans Panyasis vero ait, Heracleum, cum in Lydiam profectus esset —. Hoc verum esse appareat ex Schol. Paris. verbis, quae primus Schaeferus edidit in hunc modum: Πάντας δέ φησιν, Ἡρακλέα νοσήσαντα ἐν Λυδίᾳ πελ. Wolfii errorem, si est eius error, primus in lucem protraxit Naekius, post quem Weichertus, Heysius, Funckius, Ecksteinius eandem rem attigerunt. Hic error facile explicari excusarique potest: sed temere Tanaquil Faber Panyasidi praeter Heracleam et Ionica plura carmina hisce verbis tribuit: Ex allegationibus frequentissimis scholiastarum, historicorum atque veterum geographorum liquet illum (Panyasim) plurima alia composuisse.

CAPVT V.

DE IONICIS CARMINE.

Iam hac digressione ad vera Panyasidis carmina revertamur. Utrum prius fuerit, non possumus suspicari nisi conjectura. Etenim cum Panyasis gloriam famamque nominis acceptam refert epico carmini: hoc ipsum videtur pluris quam Ionica aestimatum esse, et ut pluris aestimatum ita numeris suis absolutius fuisse. Cuiusmodi carmina cum non eorum esse soleant, qui quasi tirocinium quoddam poesis ponant, sed qui in poeticis exercitationibus multum versati sint: a veri similitudine non abhorret, si epicum origine posterius, elegiacum prius fuisse iudicamus. Huc accedit quod epicis carminis ampliores reliquiae magnam suavitatem oratio-

⁹⁾ Hunc esse istius indicis auctorem Fabricius his verbis contestatur: Quartum (indicem) maxime communis, ut spero, usus h. L. edendum putavi ad singulos librorum Apollonii versiculos, comparatum a Io. Christoph. Wolfio Werningerodensi collatumque cum Indice Oxoniensi et Lipsiensi. Hic Wolfius pro aetate sua non illaudabilis Graecorum scriptorum editor obiit a. 1739. princeps divinorum sacerorum antistes Hamburgi.

nis magnamque sententiarum gravitatem cum magna animi tranquillitate cupiditatumque moderatione coniunctam produnt, ut hoc carmen, cuius praeterea artificiosa quaedam dispositio laudetur, fieri non possit, quin poetae annis atque usu et experientia maturo attribuatur. Ad eam opinionem probabilem reddendam etiam externae caussae accidunt, quarum una haec est, quod Eusebius Scaligeranus ad Ol. 72, 4. haec verba adscripsit: *Παγίασις* (fortasse ex Hieronymo *Πανίασος* scribendum) ποιητὴς ἐγνωριζεῖτο h. e. Panyasis noscebat sive innotescerat. Cum Eusebio, ut solet, et in verbis et in tempore definiendo, si supra p. 16. recte vidimus, G. Syncellus consentit. Hieronimus parum diligenter interpretatus est: *Paniasus* poeta habetur illustris; maiore cum diligentia Armenicus interpres in re versatus est, cuius verba Aucherus ita reddit: *Paniasus* poeta agnoscebat. Graeca verba cum aliud quid valere nequeant, promptum est ad intelligendum, spectare ad id carmen, quo poeta primum foras efferebatur. Sed etiamtum fuit adolescentis, ut supra p. 20. demonstravimus. Itaque Ionica quasi primitias adolescentis poetae fuisse iudicare possumus. Et hoc eo probabilius sit, si proximam materiam statuimus carmini datam esse Ionum seditione, in quam poeta adolescentia devenit. Deinde suspensum quasi vestigium, quod eodem ducit, ipsius Suidae in verbis agnoscere posse opinamur, cum de carminibus ita scribit: ἔγραψε δὲ οὐαὶ Ἡρακλῆ... Ιωνία... Sub οὐαὶ particula quae alia hoc loco potest potentia subiici nisi etiam? Sed etiam hoc loco alienum est*), cum sit nullum carmen ante memoratum, quod Panyasis praeter Heracleam scripsisset: οὐαὶ autem particula vi usitata et ante vocem Ιωνία vix possumus carere. Itaque particula aut transponenda est aut qua explicetur alia ratio ingredienda. Sed transpositio plurimas habet cautiones verendumque est, ne hoc loco sit admittenda. Alia illa ratio haec est. Puto equidem, eum scriptorem, quem Suidas sequitur, Ionica prius nominasse, quam Heracleam; sed Suidam non ignarum, carmen de rebus Herculis illustrius fuisse, quam quod sit de rebus Ionicis, ob id ipsum credidisse, huic esse anteponendum: unde factum est, ut his verbis Panyasideorum carminum indicem exorsus sit: *Ἐγράψε δὲ οὐαὶ Ἡρακλῆ. κτλ.*

Omnia quae singula hactenus in gratiam eius sententiae, quam supra dixi, disputata sunt, in unum complectentes hoc libenter dabimus, Panyasim carmen de rebus Ionicis prius perulgasse, quam Heracleam, idque Ol. 72, 4. Quo de carmine quod praeter hanc notitiam, quam cum quadam veritatis specie assequi conjectura possumus, pro certo scimus, id ad hasce tres res pertinet, ad metrum, ἐν πενταμέτρῳ, ad versum numerum, εἰς ἑπτή ζ, et ad argumentum, ἔστι δὲ τὰ π. K. κτλ.

Quod Suidas ἐν πενταμέτρῳ Ionica refert scripta fuisse satis ambigue dictum est. Ac profecto haec verba si leviter consideres, Panyasim coniicias auctorem fuisse carminis singulis pentametris versibus scripti, cum verba ἐν πενταμέτρῳ sive στίχῳ suppleas, sive μέτρῳ, aut versum pentametrum aut metrum significare videantur, quorum utrumque ad carmen singulis pentametris scriptum ducit. Qui inter recentiores huius carminis mentionem fecerunt, ita verba intellexerunt, ut L. Gyraldus, Thomas de Pinedo, Fabricius, Vossius, Kusterus, Heynius, encyclopaedista apud Funkium. Sed pentameter versus ex penthemimeri versus heroici

**Kat deest in cod. Voss.*

duplicata ortus in binas arses exiens et epodum quandam ad hexametrum efficiens ob hanc originem et conformatiōnē non potest usurpari nisi hexametro antecedente neque idoneus haberi, qui ab hexametro separatus sua sponte ad tota carmina adhibeatur, quod cum per semetipsum intelligitur, tum Grammaticorum et Graecorum et Latinorum expressis testimoniis confirmatur: qualia sunt Eliae de metr. p. 79. *ἀεὶ τοῖς ἡρωῖοῖς συζητῶνται στίχος* (pentameter); Bedae p. 2365. Putsch. Huic (hexametro) cognatum est et quasi familiariter adhaerens ita, ut sine ipsius praesidio nunquam id positum viderim metrum dactylicum pentametrum. Neque igitur extra omnem dubitationem videtur positum esse, quod Bodius Hist. poes. Gr. II, 1. p. 135. sqq. disputat, intra pentametri fines etiam ab antiquioribus poetis breves sententias, proverbia, epithalamia inclusa fuisse. De Hipparcho apud Platonem p. 228. C. 229. A. errat Bodius. Nam priore loco scriptor refert Hipparchum vel suam vel aliorum sententiam quandam disticho tradidisse (*ἐντέλειας εἰς ἐλεγεῖον*), posteriore loco dicit, eum hermas posuisse, in quorum dextero latere (*ἐπὶ δεξιᾷ*) pentameter inscriptus fuerit: unde efficitur, ut in sinistro latere pentameter locum habuerit. Cf. Stallb. ad illum locum. Praeterea vid. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 32.

Negari quidem nequit, posteriore tempore Ausonium poematum id genus composuisse. Is enim Thaletis septem sententias totidem disiunctis pentametris expressit. Alios autem poetas aliqua ingenii perversitas ita omnino de vera poesi deflexit, ut poematia continua ex pentametris constantia sint fabricati. Huc pertinet Philippi Thessalonicensis epigramma in Venerem in Brunck. Anal. II, 212; hymnus in Thetidem apud Heliodorum Aethiop. III, 2. p. 109. Kor. p. 129. Commel; epigramma in Commodum Antoninum apud Aelium Lampridium Anton. Diadum. c. 7. receptum a Burmanno in Anthol. Lat. Lib. II. ep. 99; Martiani Capellae hymnus in Orpheum, Amphionem et Arionem in Nupt. Philol. IX, p. 307 sq. Grot; epitaphium Ariadnae teste Burmanno apud Pithoeum in Epigram. III. p. 113. et lusus Virgilii apud Donatum XVII. p. 70. Nescio num G. I. Vossius Instit. Poet. III, 14, 16. et Welcker. Syllog. Epigr. p. 257. quos C. I. Caesar in dissert. de eleg. p. 75. nominat, etiam alia exempla attulerint.

Sed cum plane non modo omni rationi, sed etiam usui omnium omnis aetatis poetarum etiam perversissimorum repugnet comprobatio, historicum carmen tanti ambitus a poeta tam antiquo minimeque despernendo natum esse: difficultas, quae in Suidae verbis inest, alia ratione removenda est. In cod. Voss. verba *ἐν πενταμέτρῳ* non leguntur: quod apud multos, ut Ulricum, Bodium, Schinckum, Muellerum in Hist. Litt. tanti momenti videtur fuisse, ut Ionica tanquam alterum Panyasidis carmen epicum recenseant. Eadem sententiam Ecksteinus libenter sequeretur, si sibi persuaderet, verba illa in cod. Voss. omitti. Sed tota conceptio illius loci in cod. Voss. demonstrat, qui neglectis ceteris libris illum potissimum in his constituendis verbis sequatur, eum sine ratione agere: quam ob caussam Naekius iure vulgata Suidae exemplaria praeferenda esse existimat. Idem editores censuerunt. Itaque illae voces cum in serie verborum retineri debeant, neque usitata significatione explicari possint, qua alia possint circumspiciendum est. Facillime quisque de metro elegiaco cogitabit. Et sic nostra memoria viri docti illa verba intellexerunt, quorum tamen nonnulli, ut Schwartzius ap. Schoellum, Petersenius parum diligenter Panyasim elegias quoque scripsisse

referunt. Quamquam omnes qua ratione illa significatio inveniatur indicare neglexerunt^{*)}. Periculum certe faciam. *Tὸ πεντάμετρον* idem est quod *τὸ ἔλεγεῖον*, cum posterius soleat priore definiri, velut ab Schol. ad Hephaest. XI. p. 186. Gaisf. *τὸ δὲ ἔλεγεῖον μέτρον τινὲς μὲν πεντάμετρον αὐτό τραστὸν εἶναι τιλ.* et ab aliis. *Tὸ ἔλεγεῖον* autem est vel unus versus pentameter, vel distichum vel carmen elegiacum^{**)}). Iam retro concludi licet, *τὸ πεντάμετρον* esse arctiore vi unum versum pentametrum, latoire vel distichum vel carmen elegiacum. Prima significatio tritissima est, altera non videtur in usu fuisse, tertia quamquam rarissima est, tamen in singulis quibusdam locis invenitur. Praeter Suidam comprobatur testimonio Pollucis, qui in Onomast. IV, 7, 32. varia carminum nomina recensens praeter cetera haec afferit: *ἔπη, ήρωεια, ἑξάμετρα, διαψηδία, ἔλεγεῖα, πεντάμετρα τιλ.* Eodem dicit certissima Ruhnkenii emendatio loci Aeliani in Ep. Cr. II. p. 296., in cuius Var. hist. X, 6.^{***}) Philetas, clarissimus ille elegiacus poeta, appellatur *ποιητὴς ἑξαμέτρων*. Illo autem loco cum reliqui poetae ab eo poesis genere, in quo quisque maxime excellebat, cognomina ducant, Philetas quoque significatione suae poesi consentanea debebat insigniri. Fuit autem illustris elegiacorum carminum poeta: quam ob caussam Ruhnkenii conjectura *πενταμέτρων*, si qua alia potest, comprobanda est, quam velle a N. Bachio in Phil. Reliq. p. 29. respectam. Hic usus vocis *πεντάμετρον* rarius ille quidem est, sed haud scio an sit antiquior quam vocis *ἔλεγεῖον*, quae vox omnino ante Thucydidem significatione solita non inveniri I. Caesar l. a. p. 29. docet.

Alterum, quod Suidas de Panyasidis Ionicis tradit, ad versuum numerum pertinet, qui ad septem milia, *εἰς ἔπη ζ,* erat, h. e. circiter tria milia et quingenta disticha. Welckerus in Simonid. Amorg. Fr. p. 8. haec verba ita intellexit, quasi scriptum esset *εἰς ἔπη ζ,* quod esset idem quod *βιβλία ζ.* Utrumque falsum. Nam *ἔπη* sunt versus, et praeterea veteres in amplitudine carminum indicanda potius versus nominant, quam libros. Cf. praeter Hermann. Op. VI, 1. p. 286. praecipue Ritschel. Bibl. Alex. p. 101. sqq.

Tertium denique, quod memoriae de hoc carmine proditur, argumentum est. Poetice tractavit Panyasis historiam Codri Neleique et Ionicarum coloniarum. Ex hoc argumento et ex toto carminis ambitu Ulricius p. 505. n. 42. colligit, poetam eius aetatis, qua vixerit Panyasis, nisi carminis elegiaci natura vique plane neglecta non potuisse eiusmodi carmen pentametris aut etiam elegis componere. De utroque recte suspicatus est, quamquam ipse in altero volumine, ubi in universum de poesi elegiaca disputat, contrarium docet: quin etiam carmen elegiacum excogitavit, quod omni rationi prorsus repugnat. Sed iam per se in argumento aliquid inest, cur non debuerit Panyasis eam rem sumere elegiaco metro tractandam, et historia poesis elegiaca probatur, poetas eiusmodi argumenta desprevisse. Historica quidem argumenta non despicerunt. Etenim ut elegiaca forma ex epica nata est: ita elegiaci poe-

^{*)} Ecksteinus Suidae verba nulla demonstratione egere affirmat, ea significare metrum elegiacum. Velle ab eo locos probantes citatos esse.

^{**)} De hac triplici significatione vocis *ἔλεγεῖον* docebat atque subtiliter disputavit C. I. Caesar in libro qui est *De carminis Gr. elegiaci orig. et natura.* Marb. 1837. p. 30 sqq.

^{***} Ἐκφωδοῦντο εἰς λεπτότητα Σαννυρίων ὁ κομῳδίας ποιητὴς καὶ Μέλητος ὁ τραγῳδίας ποιητὴς καὶ Κιτη-είας κυκλικῶν γορῶν καὶ Φιλητᾶς ποιητὴς ἑξαμέτρων.

tae principio easdem res, sed diversa ratione attigerunt, quas epicis: externam vitam, bella, proelia, seditiones civiles. Est tamen quod et tractatione et argumento ipso differat inter elegiaca carmina historici argumenti et epica. Primum illorum poetae ab ipsis sui temporis rebus exordiebantur et res praeteritas, si opus erat, in praesentes deducebant: horum poetae nulla praesentis temporis ratione habita se totos in medium praeteritum mittebant. Deinde illorum vis in eo est, ut memoriam eorum, quae certo quodam tempore certis hominibus evenierint vel prospera vel adversa, propagent, et res magni momenti et nomina eorum, qui virtutibus non divinis, sed humanis praediti eas gesserint, celebrent: quae omnia ipsis poetis non minori curae sunt, quam sui casus. Itaque quae eorum animos moverint in rebus ipsis describindis, ex carminibus elucet. Verum in epicis carminibus historia et facta non per se sunt gravia, sed quia maxime implicationem, ut ita dicam, tragicam continent, in qua persona heroica virtutibus supra verum praedita magnitudinem vere divinam probare debet. Sed quantopere poeta intimis sensibus moveatur, ne minimum quidem denudatur. Possumus, si uno verbo differentiam significare volumnus, dicere, epica carmina in mytho versari, historica in fama.

Primum carmina elegiacorum poetarum, ut Archilochi, Callini, Tyrtaei maxime in suae aetatis eventis versabantur. Primus, qui cum praesentia tempus proxime praeteritum coniunxit, videtur Mimnermus fuisse. Is, qui idem in alio genere poesim elegiacam immutavit, eventum non suae, sed patrum*) memoriae cecinit in elegia in pugnam Smyrnaeorum contra Gygen Lydosque scripta. Nec vero non in hoc carmine et in reliquis, quibus res prius gestas aut antiquas fabulas intexuit, a statu suae civitatis aut sui animi affectione profectus esse et usque ad eas recurrisse videtur. Eiusmodi rei indicia in reliquiis carminum inveniuntur. Hoc quidem certum videtur, nullum de Graecis antiquioribus elegiacis poetis elegiaca carmina composuisse, in quibus alterutrum plane neglectum esset. Nam ea carmina, in quibus neutrum curari poterat, per errorem ad elegiaca relata sunt. Sic Ulricius II. p. 432. sq. *Sacadae Iliupersim*, quae Athen. XIII. p. 610. C. commemoratur, carmen fuisse elegiacum opinatur. Hoc est contra naturam elegiace poesis opinari. Sed quod maximum est, Sacadae nomen in conjectura sola positum est. Apud Athenaeum nomen sic legitur *Axetov Αγγειον Πλον πέρσης*, quod C. F. Hermannus apud Caesarem l. c. p. 54. n. 73. lepidissimam conjecturam adhibens immutavit in nomen *Αγία τοῦ Αγγείου*, cyclici illius poetae. Fuit igitur excidium Illi epicum carmen.

Plane eadem est ratio alias carminis, Naxiacorum Philetæ, quorum mentionem fecerunt Welckerus in Simonid. p. 8. Naxiaca incerti poetae, sed vetusti, ut credere licet, cum Philetas an Callinus fuerit, Grammatici dubitaverint, et Bodius II. p. 145. qui multis verbis Philetæ Coo assignare studet. Sed Philetæ quoque nomen in conjectura positum est. Libri exhibent nomen *Φιλέτας*, et sine dubio verum iam Meinekius vidit in Add. ad Bachii Reliq. Phil. p. 272. cuius verba cum a nullo posthac respecta

*) Fr. XI. Gaisf. Οὐ μὲν δὴ κείνου γε μένος καὶ ἀγήρος θυμὸν
Τοῖον ἐμεῦ προτίκων πεύθομαι, οὐ μηδὲν —

viderim*), tota, ut error ille perveteratus denuo in lucem protrahatur, in hunc locum transfero: Tota haec de Philetæ Naxiacis disputatio concidit loco Etym. M. p. 795, 12. παρὰ τὸ φιλῶν φιλτὸς ὁμοτικὸν ὄνομα, οὐ παράνομον Φιλτέας, ὡς πρῶτος Πρωτέας, ἔφεστος Αριστέας. Φιλτέας δὲ ἐστιν ὁ καλούμενος ἐστορικὸς ὁ τὰ Νάξια (l. Ναξιαζά) συνθείς. Naxiaca igitur ne carmen quidem fuit. De Callino alii viderint. Ac perfecto non intelligitur, qui fieri potuerit, ut peculiari carmine elegiaco Argivus quidam Ilii excidium, Cous Naxi historiam caneret, cum neutra materia ad neutrui poetae personam pertineret.

Tertium quoddam carmen non multo aliter se habet: Samiorum Antiquitates Simonidis Amorinii. Suidas v. Σαμιάς 'Ρόδιος commemorat Αρχαιολογίαν τῶν Σαμίων. Sed complura, quae illo loco ab Suida ad Simmiam referuntur, pertinere ad Simonidem Amorinum inter omnes constat. Antiquitatibus quoque illis illinc huc repositis Welckerus l. c. p. 7. sic concludit, ut cum Simonides duo libros elegiarum scripserit, Simmias teste Suida Archaeogiam Samiorum, Suidas autem utrumque scriptorem inter se confuderit, duo illos elegiarum libros et Archaeogiam Samiorum existimet unum idemque carmen esse Archaeologiamque esse carmen elegiacum. Quamquam per se non est improbabile, motus civiles in patria Simonidi caussam elegiarum potuisse afferre, quibus per occasionem unam alteramque notitiam ex antiquitate Samiaca petitam intexere poterat, antiquae tamen historiae tractatio notae poesis eius indoli tam repugnat, ut nihil minus sit credibile, quam a poeta tam fervido, qui penitus in rebus sui temporis vivebat, sine certo ac definito testimonio sumere res antiquas carmine quodam esse tractatas. Testimonium autem non exstat, sed omnia in conjectura posita sunt. Cum Welckero faciunt Bodius II, 1. p. 145. 263. n. 3. 326. Funckius p. 72. Ecksteinus p. 14.

Idem Welckerus p. 8. et Ep. Cycl. p. 314, 511. 402, 648. carmen Xenophanis, a Diogene Laertio IX, 20. commemoratum, Κολοφῶνος πτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἑλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποτυπών, metro elegiaco scriptum esse coniicuit, propterea quod idem Diogenes VIII, 36. incipit quendam hexametrum ex elegia Xenophanis assert, quo transitus ab una parte carminis ad alteram paratur Νῦν οὖν τὸ ἄλλον ἐπειμὶ λόγον, δεῖξω δὲ κέλευθον. Hoc per se non esset difficile ad fidem, si statui posset, Xenophanem eo carmine elegiaco, ut reliquis elegiis, reipublicae statum, qui tum erat, et civium animos pristino tempori ita opposuisse, ut pro virili parte perversitates emendaret. Contra eam interpretationem dicit materia, quae a poeta non poterat nisi epico carmine tractari. Sed tota illa conjectura corruit eo, quod Diogenes post ἀποτυπώμόν addidit verba ἐπη δισκῆλια, quae illo loco nihil aliud significare possunt, nisi duo milia hexametrorum. Hexameter ille elegiacus quomodo explicandus sit nihil ad nos. Probabilem rationem esse a Schneidewino initam video ex Osanni Symb. I. p. 54. Funckius et Ecksteinus Welckeri auctoritatem sequuntur. Bodius de hoc carmine in mirabili inconstantia versatur. Primum I. p. 486. appellat epicum carmen; deinde p. 491. contra Diogenem totum carmen in dubium vocat; tum II, 1. p. 145. elegiacum significat; denique ib. p. 257. n. 2. iterum epicum dicit. Tertio loco, ubi sine dubio Welckerianum Simonidem ante oculos

* Schneidewini Delectum inspicere non potui. Duentzerus p. 60.* Meinekii sententiam scire videtur.

habuit, secundum Diogenem, sed ita, ut eius verba Welckerus intelligit, elegiacum fuisse carmen iudicat; quarto ad sententiam comprobandum, epicum fuisse carmen, provocat ad Welckeri Ep. Cycl. l. c. ubi prorsus contrarium docetur.

Eodem loco idem Bodius alias quoque origines dicit distichis scriptas esse auctore Ionsio De scriptt. hist. phil. I, 12, 5., qui quidem de originum scriptoribus loquitur, sed non id quod Bodius vult confirmat. Ipse tamen II, 1. p. 145. Hecataeo elegiacum carmen adscribit, quod Milesias Origines ex Harpocrat. v. ἀδελφέσιν coniicit continuisse. Sed ibi nihil aliud legitur nisi ἀδελφέσιν ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν παῖς Ιπονάκτοντος ἐν Αἰγαίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐν δευτέρῳ ἡρωελέγειώ, unde apparet, audacissima Bodium conjectura usum esse. Quid pro ἡρωελέγειό scribendum esse videatur, Klausenius Hecat. Fr. 354. p. 150. indicavit.

Haec fere sunt carmina elegiaca, quae tanquam ea circumferuntur, in quibus poetae res ante suam memoriam gestas descripsisse dicuntur. Sed vidimus, eiusmodi materiam, si res primaria carminis, non secundaria esset, et contra naturam elegiacae poesis esse et contra historiam. Nam elegiaca poesis ex iisdem radicibus nata est, ex quibus omnis lyricalia poesis, ex animi affectionibus poetae. Pertinet igitur ad res, ad conditiones, quae poetae tempore sunt praesentes aut quae si sunt praeteritae ita cum suo tempore poeta coniungit, ut eas tanquam praesentes animo contempletur. Quidquid autem ante aequalium memoriam actum est, id per se ipsum consideratum in epica tantum poesi repraesentari potest. Hoc idem historia poesis docet. Nam nulla carmina argumenti in sola antiquitate versantis unquam elegiaca fuerunt. Unus Mimnermus quamquam, ut vidimus, fines sui temporis excessit, tamen intra memoriam patrum versabatur.

Hac digressione ad Panyasis Ionica revertamur. Secundum ea, quae supra p. 34. disputata sunt, nulla dubitatio potest esse, quin fuerit hoc carmen elegiacum. Cum fuit, sine exemplo fuit. Panyasis igitur prorsus novi quid molitus omnemque modum progressus est. Iam debemus, nisi Panyasim unum de omnibus insulsissimum poetam fuisse iudicare volumus, rationem inquirere, qua fieri potuerit, ut ad rem tam novam inauditamque protraheretur. Adolescentia sua incidit in Ionum seditiōnē, quae non sine culpa Graecorum Asiaticorum foedissime finita est. Illa seditio alacrem adolescentem sine dubio vehementissime movebat, praesertim cum communem salutem tarditate, discordia, ignavia proditam esse videret. Ille tristissimus status facile adolescentem poetam adducere poterat, ut contrariis virtutibus maiorum eiusdem populi celebratis ruborem aequalibus eliceret. Ut hoc consequeretur, concedere possumus, eum eandem rationem ingressum esse, qua Mimnermum usum fuisse videmus ex Fr. XI., quod supra allatum est, h. e. poetam a suo tempore, a sui animi affectione exordium cepisse, antiquitatem in suam praesentiam deduxisse, viros fortes eorumque res coram repraesentasse. Tale igitur carmen non poterat edi, nisi eo tempore, quo incommoda, quae ex infesta seditione fluebant, graviter sentiebantur, neque ab ullo poeta, nisi ab adolescenti, qui quidem illo tempore eiusmodi rem tali carmine confici posse non diffidebat. Utrumque in testimonii inveniri posse supra p. 20. monstravimus.

Sic unam difficultatem attigimus: manet altera non minus intricata, amplitudinem dico carminis. Nam credi nullo modo potest, Panyasim eam materiam uno tenore in tantam amplitudinem extendisse. Possumus ex tripartito arguento coniectari, poetam ad complexio-

nem quandam elegiarum inter se coniunctarum similibus fere transitibus usum esse, quibus Schneidewinus suspicatur Xenophanem elegias unam alteri adnexuisse. Etenim sic fieri potuit, ut magnum illum ac gravem gentium Graecarum motum, qui migrationem Ionum adducebat, secundum ordinem uno quasi quodam carmine amplectetur, quomodo is inciperet, procederet, desineret. Certe ita Suidae verba accipienda esse videntur, cum is Panyasim historiam Codri et Nelei et Ionicarum coloniarum tractasse dicit. Sed cum omnia in Asia perdita essent et in Graecia in summo discrimine versarentur atque omnium oculi hinc illuc se converterent, facile liquet, neminem non fuisse, qui carmen ad materiam tempori ineptum, ad tractationem rationi usuique repugnans a se alienissimum arbitraretur. Parum circumlatum mox sine dubio plane interiit. Itaque praeter unam apud Suidam notitiam nihil compertum habemus. Quod autem Suidas refert, id ex antiquo fonte haustum fuisse supra p. 34. ex significatione vocis *ἐν πανταμένῳ* conclusimus. Nisi hoc esset, ego quoque facile adducerer, ut hoc carmen non elegiacum, sed epicum fuisse crederem. Quae cum ita sint, non mirum videri potest, nulla fragmenta superesse. Quamquam post Heynum Muellerumque plerique recentiores praeter Funckium Fragmenta XIII. XIV. XXII. ad elegiacum carmen referunt, quibus adiici posse Fr. XII. Duebnerus concedit et fortasse Fr. XXIV. Vid. adnotat. ad Fr. XXIV. Novum Bodius I. p. 234 n. 2. detexisse sibi videtur. Neleum, Codri filium, Miletum condidisse opinatur Herod. IX, 97. Callimach. hymn. in Dian. 226. Strab. XIV. p. 633 A. = 938 B. auctore Panyaside tradidisse.

CAPVT VI. DE HERACLEADE.

Alterum Panyasidis carmen idque primarium fuit de rebus Herculis: de quo Suidas et Eudocia haec habent: ἔγρ. δ. ζ. ‘Ηρακλείδας ἐν βιβλίοις τρίσις εἰς ἔπη’ θ. Primum de nomine carminis dicendum est. Inscriptio ‘Ηρακλείας similiter cadit atque Πλάτων, Μινύας. Eadem forma in Schol. Germ. Arat. Phaen. v. 64. Basil. legitur ut Pannasis Heracleas refert: sed iam a Munck. ad Antonin. Liberal. XX. in Panyasis Heraclea mutata et a Buhlio in Panyasis in Heraclea emendata est. Aliud nomen carminum, quae erant de Hercule, affert Aristoteles Poet. VIII, 2. ὅστι τῶν ποιητῶν ‘Ηρακλείδας καὶ Θησηΐδας — πεποιήσασιν. Apud reliquos solitum nomen ‘Ηρακλεία legitur, ut Hygin. Astr. II, 6. Eratost. Catast. XI. (Phavor. v. Καρχίνος). Athen. XI, 469. D. 498. Steph. Byz. v. Βευθίνα, Ἀσπις. Schol. Pind. Pyth. III, 177. Pausanias indicat tantum, non nominat carmen X, 8, 5. (9.) πεποιηκώς ἐς ‘Ηρακλέα ἔπη; IX, 11, 1. (2.) Πανύαστις ἐν τοῖς ἔπεσιν. Qui omnes quamquam in nomine ‘Ηρακλεία*) consentiunt, potest tamen dubitari, an quod Suidas memoret nomen ‘Ηρακλείας sit

*) Quo iure Barkerus in ed. Lips. Gaisf. Poet. Vol. III. p. 267. heroicum Panyasidis carmen ab

praferendum, cum intelligi nequeat, qua is ratione in hoc insolitum nomen incidisset, nisi in libris litterariis traditum invenisset. Certe non eo, quod singulare nomen est ab uno Suida traditum, id esse improbandum videtur: tum eodem iure 'Ηρακλῆς, quod idem singulare est, deberemus reiicere. Sed nomen a Suida non esse fictum, etiam eo fit probabile, quod ab eo Rhiano item Heracleas attribuitur, Pisandro contra Heraclea: unde apparet, Suidam in nominandis non suum arbitrium, sed auctoritatem hominum litteratorum secutum esse. Panyasis Heracleas Heracleade Rhiani probatur. Quomodo Siebelius et Saalius iudicarint de Heraclaeis forma, cum neutrius scriptionem inspicere potuerim, nescio. In Hen. Stephan. Thes. ed. Paris. vocabulum deest. Nisi in originatione ipsa quid inest, quo difficultas moveatur, Suidae nomen consulto propaganti plus auctoritatis tribuendum esse iudico, quam fortuitae commemorationi reliquorum. Sed etiam hic scrupulus videtur removeri posse. Nomen legitime formatum est. Ducuntur enim eiusmodi nomina aut ab adiectivis, ut Ὁδυσσεῖα, Ἡρακλεῖα, aut ab ipsis substantiis exeuntia in ἵς vel ἄσ vel ἰας, ut Θησηῖς, Ἡρακλῆς; Ἰλιάς, Μενέας, Ἡρακλείας. Tria igitur nomina carminum de Hercule habemus, quae pro originatione diversa diverse cadunt: Ἡρακλεῖα (Ἡράκλειος) Ἡρακλῆς (Ἡρακλῆς) et Ἡρακλείας (Ἡρακλέος aut Ἡρακλεῖος?). Eodem triplici modo solent patronymica formari. Ut afferam, quod proximum est, Schol. Oppian. Hal. I, 386. τρεῖς τύποι τῶν πατρωνυμιῶν ἀρσενικῶν· ὁ εἰς ἄσ, οἷον Ηγλείδης· ὁ εἰς ὄν, οἷον Ηγλεών· ὁ εἰς αὐθῆς Αἰολικῶς, οἷον Ηγληίαδης. καὶ θηλυκοὶ τρεῖς· ὁ εἰς ἵς οἷον Ηριανῆς· ὁ εἰς ἄσ, οἷον Ηριανίας, Βυζαντίας, καὶ ὁ εἰς ἰνή, οἷον Ηριανή, Νηρηίη. Homines docti nostra memoria nomen repudiarunt: in prioribus libris litterariis praeter Heraclaeam etiam Heracleas, ut a Thoma de Pinedo, aut Heracleis, ut a Vossio in Poetis circumfertur. Etiam Funckius inclinato ad credendum est animo Heracleadem fortasse veram operis Panyasidei inscriptionem fuisse.

Alterum pertinet ad librorum et versuum numerum. Cod. B. Paris. et cod. E. Bruxell. pro τῷ' habent δ'. Hoc falsum esse iam eo convinci potest, quod praeter primum librum ap. Ath. XI. p. 469. D. Steph. Byz. v. Βερβίνα et praeter tertium ap. Ath. XI. 498. D. Schol. Pind. Pyth. III, 177. etiam undecimus liber ap. Steph. Byz. v. Ἀσπίς commemoratur. Errat igitur Bodius, qui p. 505. n. 3. usque ad tertium tantum librum dicit notitias ex carmine afferri.

Hoc carmen quia auctori tantam gloriam dedit, ut is in eo numero poetarum epicorum haberetur, qui praeter ceteros nominari solebant, propter immensitatem materiae et perfectionem quandam tractationis non potest raptim praecepitatum esse, sed multorum studiorum atque annorum carmen fuisse iudicari. Quam ob caussam poetam fingimus hominem firma aetate carmen edidisse. Ad hoc, nisi fallor, spectant Suidae verba γέγονε κατὰ τὴν οη' Ὁλυμπίαδα i. e. sub exitum Ol. 77. Si verum est, quod supra p. 20. cl. 32. posuimus, Panyas. Ol. 72, 4. poetam extitisse et tum fuisse vicenarium, hoc consecrarium est, Heracleae poetam aliquos quadraginta annos natum fuisse: quod neque per se improbatum est neque iis repugnat, quae nos presse testimonia secuti supra p. 19 sq. disputavimus. Hoc carmen satis diu integrum servatum est. Nam et Avienus, scriptor exeuntis saeculi quarti post Christum natum, Herculis

Athenaeo XI. 498. C. appellari Ἡράκλειαν ut et a Schol. Pind. Pyth. III. 177. et Steph. Byz. v. Βερβίνα, dicat non video.

expeditionem contra Hesperides ex Panyasidis carmine ita commemorat, ut ipsum carmen ante oculos habuisse videatur, et Macrobius, scriptor ineuntis quinti saeculi, ipsis verbis Sat. V, 22. dicit, se posse quidem Panyasidis verba citare, si vellet, sed supersedere se, quia propiora sint fabulae, quam historiae. Paullo autem post subsecuta sunt turbulenta illa tempora, quibus imperium Romanum funditus everteretur, et in illa omnium rerum confusione facile fieri poterat, ut pauca, quae sine dubio erant, exempla ita perderentur, ut paucula tantum fragmenta in aliorum scriptorum libris conservarentur.

Si externum carminis ambitum cum aliis quibusdam carminibus, quorum libri et numeri versuum noti sunt, comparamus, observare possumus, singulos libros epicorum carminum eundem fere ambitum habuisse. Homeri rhapsodiae reliquis poetis, paucis exceptis, modum fecerunt, et Graecis et Latinis. Qui modus cum sit ab iis poetis, quorum libros et versuum numeros aut ipsos habemus aut quot fuerint aliunde scimus, constanter servatus: de his poetis coniectura in reliquos fieri potest. Nonnulla exempla hoc probabunt. Homeri Iliadis primi libri XIV continent 8948 versus, h. e. ad 9000, et ita quidem, ut brevissimus liber 461, longissimus 909 versus expletat; Odysseae iidem libri sunt versibus mille nongentis et quod excurrexit breviores; Thebaidis cyclicae libri XIV explebat 9100 versus; Panyasidis Heracleae libri XIV ad 9000 versus. Rhiani Heracleae libri XIV sine dubio eundem fere versuum numerum effecerunt. Panyasidis autem carmen cum in versuum numero cum Homeri Iliade consonet, statuere possumus, singulorum librorum ambitus definitos fuisse numeris, qui circiter medii sunt inter 450 et 900. Sed de toto numero integri tantum quinquaginta sex versus supersunt, qui maximam partem ad symposium pertinent. Summa fragmentorum, quae ad hoc tempus innotuerunt, sunt triginta septem, quorum quinque tantum ex certis libris afferuntur, duo ex primo libro, duo ex tertio, unum ex undecimo: omnia reliqua sede carent. Cum integri versus longe non aequent ne ducentesimam quidem totius carminis partem, et ex reliquis fragmentis tantummodo in universam animadverti possit, quid praeter cetera poeta tractaverit; de exaedificatione totius carminis nulla coniectura, quae aliquam probabilitatem prae se ferat, fieri potest. Debemus igitur in iis acquiescere, quae supra C. IV. de Panyaside poeta dicta sunt, et periculum abiicere, quasi possint fragmenta in eo ordine disponi, qui omnium consensum ferat. Nam fragmentis solis si nitimur, non magis ad rectam viam possumus adduci, quam abduci ab ea. Et tamen alicubi ponenda sunt. Si quid non sine aliqua probabilitate statui potest, argumenta sunt librorum primorum et ultimorum. Ex primo libro tres labores qui dicuntur si non nominatim dicuntur, at certe indicantur. Etiam tertium librum verisimile est ad labores pertinuisse. In iis libris, qui medii sunt inter tertium et undecimum, tractati fuerint reliqui labores et servitium apud Omphalen perlatum. Ad undecimum et duodecimum referri possunt, quae heros in Elide, Messenia, Laconica gesserit. In libris tertio decimo et quarto decimo tractata fuerint, quae ante Oechaliae expugnationem et post acciderint. Etenim cum poeta Oechaliae Halosim Creophyli arguatur exscriptisse, ea autem inter Herculis facinora postremo loco recenseatur: non est seiunctum a veri similitudine, illam pugnam etiam a Panyaside in extremo carmine descriptam fuisse. Sed prae reliquis libris certum est primi argumentum. Muellerus autem, Vogelius, Funckius, Ecksteinus, opinor, iusto longius in coniectando procedere, cum propter Geryonidem quandam poetam existi-

mentur primo libro duodecim illos labores tractasse. Muelleri opinionem etiam Duebnerus p. 14 a b. improbat, qui quod illi Geronydem quandam significant a poeta libro quarto tractatum esse iudicat, quam ob caussam apud Athenaeum (Fr. VII.) pro primo libro scribi iubet quartum. Alia ne addam, inquit, videtur apud Athenaeum *A* abiisse in *A*: eam litteram leniter vertere malim quam Heracleam torquere vehementer. Prorsus incredibile est, epicum poetam tam largam materiam in tam exiguos fines unius libri inclusisse*), cuius libri praeterea sine dubio bonam partem Panyasis in expositione consumperit, quomodo Hercules ad labores perferendos coactus sit. Itaque puto equidem, poetam summum tres labores primo libro tractasse, reliquos, si omnino omnes tractaverit, cum voluntariis laboribus in reliquos libros distribuisse. Nam ex ordine, quo posteriores Herculis pericula recensent, cum ordo laborum ab aliis alio modo numeretur, nulla de Panyaside conjectura licet. Tres illi labores iidem sunt, quos Hesiodus Theog. 289. 315. 332. attigit. Monstra illa communem inter se habent ortum, primum cum secundo etiam locum, Argolidem. Eiusmodi res potuisse in Panyasim vim exercere suspicari licet, cum eius disponendi ratio laudetur. In hac tanta dubitatione accommodissimum esse duxi, in iis fragmentis ordinandis, quae ad certum factum referri possunt, temporis ordinem conservare, quem Apollodorus Bibl. II. c. 4, 5. constituit: in singulis tamen quibusdam hunc ducem reliqui.

Novis fragmentis, si quae reperientur, poterit fortasse effici, ut de singulis quibusdam rebus rectius iudicetur, vix poterit, ut totum probabiliter reficiatur. Nostra quidem memoria vir sagacissimus fragmenta aliquantum augere et poetam distinctius describere voluit: sed frustra. Fridericus enim Schlegelius l. a. p. 229 sqq. sibi persuasit, Theocriti idyllia XXIV. et XXV. et Moschi Megaram (IV.), de quibus iam ante Schlegelium alii aliter iudicarant, partes esse Panyasidei carminis: quam opinionem omnes ad unum, quamvis ipsi in diversas sententias abierint, prorsus tamen reiecerunt. Cf. Herm. ad Orph. p. 691. 760. Diar. Darmst. 1840. N. 119. p. 969 sqq. Wissow. Theocrit. p. 37 sqq. p. 48. Wuestem. ed. Theocr. p. 331. 344. Bod. p. 507. n. 1. Eckstein. p. 13 sq. **).

Prius tamen quam ad ipsa fragmenta collocanda accedo, collectiones eae, quibus certo scio Panyasidei aliquid contineri, nominandae sunt: nam de pluribus aliis dubius sum. Numerum et ordinem fragmentorum non possum ubique indicare, quia mihi non contigit, collectiones illas omnes inspicere.

Hieron. Aleanderi Sententiosa poetarum vetustissimorum opera. Par. 1512. 8.

Iac. Hertelii Vetustissimorum poetarum gnomica poemata. Basil. 1561. 8.

*) Hoc loco facere non possum, quin confitear, semper mihi de Pisandri duobus libris Heracleae dubitationes natas esse, quas alio modo tollere non potui, nisi Pisandrum putarem aut non plures nedum omnes labores descriptsisse, quod minus verisimile est, aut eius Heracleam ex pluribus libris constitisse. Quod Suidas dicit *ἐν βιβλίοις β'*, mutandum esse censi in *ιβ'*. Eodem errore decussis *τ* in duobus codicibus Suidae v. *Πανύσαις* et in omnibus v. *Πιανός* excidit, ut pro *ιδ* legatur *ο*. Nunc video Hermannum idem sentire in Diar. Darmst. 1840. N. 119. p. 969.

**) Quam parum diligenter nonnunquam homines litterarii in eiusmodi rebus versentur, inculentissimum docet exemplum Anonymi in Wolfi Encyclopaedia, quae ab aereolis nomen habet. Ille v. Panyasis bona fide affirmit, nihil de Panyasidea Heracleade superesse, sed fragmenta eius latere in Theocriti idylliis.

- Chr. Plantinii *Vetustissimorum poetarum opera sententiosa*. Antw. 1564. 8.
 Hen. Stephani *Poetae Graeci principes heroici carminis*. Par. 1566. Fol. p. 479 sq. Fr. XVII. XVIII. v. I. et 5. XVI.
- Io. Crispini *Vetustissimorum authorum ... poemata quae supersunt*. Gen. 1569. 8. vol. III. p. 177 sq. Fr. XVII. XVIII. v. I. et 5. XVI.
- Barth. Schoenbornii *Versus sententiosi*. Witeberg. 1570. 8. litt. §: Fr. XVII, v. I. et 4.; litt. ot: Fr. XVII, v. 12. et 13. coniunct. c. Fr. XVIII, v. I. 5. 4.
- Fr. Sylburgii *Epicae elegiacaeque minor. poet. gnomae*. Francof. 1591. 8. p. 93. Fragm. XVIII, v. I. et 5.
- Iac. Lectii *Poetarum Gr. qui heroico carmine scripsere*. Aurel. Allobr. 1616. fol. p. 734. Fr. XVII. XVIII. v. I. et 5. XVI.
- Rad. Wintertoni *Poetae minores Graeci*. Cantabr. 1635. 8.
- Rich. Brunkii *Analecta vett. poett. Gr.* Argentor. 1772. 8. Vol. III. p. 328. sq. Fr. XXVII. XVII. exc. v. 16. XVIII.
- Eiusdem *Gnomici poetae Graeci*. Argentor. 1784. 12. p. 130—186 sq. Schaeff. Fr. XVII. XVIII. XVI.
- Thom. Gaisfordii *Poetae minores Graeci*. Oxon. 1814. 8. Vol. II. p. 469 sqq. Fr. XVII. XVIII. XVI. XXVII. XIX. XXc. XXI. XXVI. IIc. III. XV. Vol. III. p. 268 sqq. Lips. eodem ordine: praeterea Barckero auctore tria nova accesserunt: Fr. fals. 5. XXXba. XIII: de quo ultimo errat Barckerus. Vid. fragm. fals. 6.
- Fr. Boissonadii *Poetarum Graecorum sylloge*. Par. 1823. 8. Vol. III. p. 157* sqq.
- I. Traneri *Panyasis Halic. symposiacus Graecorum poeta*. Upsal. 1833. 4. 16 pp.
- Ph. Funckii *Dissert. de Panyas*. Hal. vita ac poesi. Bonn. 1837. p. 19—72. I: 1 = XXVI; II: 2, 3, 4 = II. III. XXXab; III: 5, 6 = IV. V.; IV: 7, 8, 9, 10 = VI. XXXII. VII. VIII.; V: 11, 12, 13 = Ic. XI. IX. X.; VI: 14 = Fr. Fals. 5.; VII: 15, 16, 17, 18 = XVI. XVII. XVIII. XIX.; VIII: 19 = XXc. XXI; IX: 20, 21 = XXVIII. XXIX.; X: 22 = XV.; XI: 23, 24 = XIV. XIII.; XII: 25 = XII.; XIII: 26 = XXV.; XIV: 27, 28, 29 = XXXIII. XXXIV. XXVII.; XV: 30, 31 = XXXVIab.; XVI: 32 = XXXI; XVII: 33, 34 = XXII. XXIII. Desunt Fr. XXIV. XXXV. Non relatum est inter fragmenta XXXVII.
- H. Duentzeri *Fragm der epischen Poesie der Griechen*. Köln 1840. 8. p. 92—96. I = II. III.; II = VII. VIII. XXXIIc. XXXIII. VI.; III = XVI.; IV = XIX.; V = XXXI.; VI = XXVI.; VII = IV. V.; VIII = X. IX. Ic. XI.; IX = XXVIII. XXIX.; X = XXV.; XI = XV.; XII = XXVII. XXXIV.; XIII = XXIII.; XIV = XIV. XIII. XII. XXIV. XXXab. XXII. XXXVIab.; XV = Fr. fals. 5.; XVI = XXc. XXI.; XVII = XVII; XVIII = XVIII. Desunt Fr. XXXV. XXXVII. Sed Duentzerus non omnia fragmenta integra transscripsit; nonnullorum locos tantum indicavit.
- Fr. Duebneri *Fragmenta Asii*, Pisandri, Panyasidis, Choerilii et Antimachi adi. ed. Hesiod. Didot. Par. 1840. 4. p. 14b — 20b. 1 = II. III.; 2 = IV. V.; 3 = XVI.; 4 = XVII.; 5 = XVIII.; 6 = XXc. XXI.; 7 = XIX.; 8 = VII. VIII.; 9 = VI.; 10 = XXXII.; 11 = X. XI.: cuius posterioris locus tantum indicatus est; 12 = XXIII.; 13 = XXV.; 14 = XXVI.; 15 = XXVII.; 16 = XXVIII. XXIX.; 17 = XV.; 18 = XXXVIba.; 19 = XXXIII. XXXIV.; 20 = XXXI.; 21 = XXXa.; 22 = XXII.; 23 = XIII. XIV.; 24 = XII.; 25 = XXIV. Desunt Fr. XXXb.; XXXV: non receptum Fr. XXXVII.
- Praeterea de Panyasidis fragmentis egerunt O. Muellerus in Dor., Vogelius, Ulricius, Bodius, Ecksteinus. In Latinos versus convertit Fr. XVII. v. 16. exc. H. Grotius cf. Stob. ed. Gaisf. IV. p. 56., Germanice G. Froehlich. in Stobaei sententiis Germanice redditis Bas. 1550. fol. p. CXXXV.; Fr. XXV. in Latinos versus translatum est in Paus. edd. Siebelis. et Walz.; Fr. XXVI. vertit in Germanicos versus O. Muellerus Dor. I, 437.; iidem versus leguntur Latini ap. Duebnerum.

Fragmenta Heracleadis.

Fr. I.

Ruf. Fest. Avien. Arat. Phaen. 177. 178. 182. 183. (Panyasis). Cf. Fr. XI.

Nam dura indomiti memorat sub lege tyranni
Amphitryoniaden primaevō in flore iuventae —
— postquam ille novercae

Insaturatae odiis serpens victoris ab ictu —

Avienus, ut ipse dicit, secundum Panyasim *Herculis* pugnam cum dracone *Hesperidum*, custode aureorum malorum, describit: qua data occasione ex eodem Panyaside caussam pugnae affert. Sed veri simile non est Panyasim hoc demum loco novercae odiis insaturatae et legis tyranni mentionem fecisse. Secutus est poeta communem fabulam, iam Homero et Hesiodo notam de *Herculis* procreatione, de dolo odioque *Iunonis*, de servitio ab *Eurystheo* imposito. Argumentum loci Avieni praetermisit Vogelius p. 21. Haec omnia sine dubio pertinebant ad initium carminis. De *Iunonis* ira cf. II. VIII, 119. ἀργαλέος χόλος Ἡρας; *Hes.* Theog. 315. Ἡρη Ἀπληστον κοτέοντα βίη Ἡρακληΐη; quis inter Graecos primus Ἡρη dixerit μηρουνή nescio: de Panyaside dubitari potest. De *Eurystheo* cf. II. VIII, 363. Od. XI, 621 sq.; de *Amphitryoniade* II. V, 392. πάις Ἀμφ. Od. XI, 270. Αμφ. νῖος. *Hes.* Theog. 316., Sc. 165. et saepius Ἀμφιτρονιάδης. De flore inventae cf. *Apoll.* II, 4, 9. extr. ἐν δὲ τοῖς βονκολίοις ἵπαρχων ὀπτωκαιδεκάτης τὸν Κιθαιρώνειον ἀνείλε λέοντα. Paullo post subiit labores.

Fr. II. III.

Steph. Byzant. v. *Βεμβίνα*.

Βεμβίνα, κώμη τῆς Νεμέας. — ὁ πολύτης *Βεμβινίτης* — *Βεμβινάτης*. ξοκεν οὖν *Αλιγινάτης* καὶ *Αλιγινήτης* κατὰ τροπήν, ὡς *Πανύασις* ἐν Ἡρακλείᾳ πρώτη (πρώτῳ Cod. Vrat.).

Δέομα τε θήρειον *Βεμβινήταο* λέοντος.

καὶ ἄλλως.

Καὶ *Βεμβινήταο* πελώρον δέομα λέοντος.

Priore versu Schneidewinus in Iahn. Annall. 1833. IX, p. 136.* pro θήρειον legi vult θηρέων. Non recte. Nam Genitivus *Βεμβ.* λέοντος est apposito ad θήρειον. Cf. II. V, 741. Γοργείη ςεφαλή δεινοῦ πελώρου i. e. ςεφαλὴ Γοργοῦς, δεινοῦ πελώρου, ut *Hes.* Sc. 223 sq. ςάρη δεινοῦ πελώρου Γοργοῦς. Od. XI, 634. Γοργείην ςεφαλὴν δεινοῦ πελώρου. II. II, 54. Νεστορέη παρὰ τῇ Πηλονυγενέος βασιλῆος.

His versibus manifestum est pugnam cum leone Nemeaeo designari, quem Panyasis *Bembineten* appellaverit. Sed alterum versum a poeta altera ratione usurpatum esse Stephanus videtur vocabulo ἄλλως indicare. Muellerus, Funckius et Duebnerus utrumque versum referunt ad herois vestitum. Puto eidem alterum pertinere ad *Eurysthei* mandatum, ut *Hercules* ad

se apportaret pellem leonis Nemeaei. Cf. Apollod. l. c. 5. init. πρῶτον μὲν οὖν ἐπέτεαζεν αὐτῷ τοῦ Νεμέου λέοντος τὴν δορὰν κομέζειν; alterum ad herois vestitum. Cf. Fr. IX. Aliam sententiam de verbis καὶ ἄλλως Duebnerus afferit: in quibus mirum est illud καὶ ἄλλως (agnitum etiam codic. Parisinis), quum alibi epitomator solito more dicat καὶ πάλιν, καὶ αὖθις, ἀντός. Voluit igitur, si vox integra, et aliter (eundem versum efferens); sive correxerit eundem versum Panyasis, sive ita mutatum repetierit alibi. Dubitatur, uter prior contra heroum morem Herculem clava et pelle leonina armaverit Pisander an Stesichorus. Cf. Strab. XV. p. 688. C. et Megalides ap. Athen. XII. p. 512. F. Arcum, quo instructus in antiquiore fabula appetit apud Hom. Il V, 392 sqq. Od. VIII, 225. XI, 606. ap. Hes. Sc. 129 sqq. retinuit apud Panyasim cf. Fr. XXXI — XXXV.

Fr. IV.

Eratosth. Catast. XI, p. 8. Schaub. cl. Phav. Lex. v. Καρκίνος. p. 991 sq. Bas.

Θύτος (δὲ Καρκίνος) δοξεῖ ἐν τοῖς ἀστροῖς τεθῆναι δι' Ἡραν, ὅτι μόνος Ἡρακλεῖ τῶν ἄλλων συμμαχούντων, ὅτε τὴν Ὑδραν ἀνήρει ἐν τῆς λίμνης ἐκπιθῆσας ἔδακεν αὐτοῦ τὸν πόδα, καθάπερ φησὶ Πανύασις ἐν Ἡρακλείᾳ. Θυμωθεὶς δὲ Ἡρακλῆς δοξεῖ τῷ ποδὶ συνθλάσαι αὐτόν. ὅθεν μεγάλης τιμῆς τετύχηκε καταριθμούμενος ἐν τοῖς ιβ̄' ζωδίοις.

Fr. V.

Schol. Germ. Arat. Phaen. 146. (Arat. Phaen. Vol. II. p. 51. Buhl.). (Hygin. Astr. II, 23.).

Cancer in astris positus esse dicitur beneficio Iunonis, quod cum Hercules cum Hydra ad fontem Lernaeum depugnaret, hic Cancer Herculis pedem morsu deprehendit, ut Panyasis auctor dicit: quem miratur Hercules calcatum contrivit.

Uterque idem tradit praeterquam quod Schol. Germ. locum pugnae nominatim dicit Communem fabulam, quam tetigit Hesiodus Th. 313 sqq. eo exornavit poeta, quod primus, quantum scimus, cancerum facit Hydrael opitulanten. Sed primum dubitari potest, quantum Eratosthenes et Scholiasta ex carmine referant. Facile concesserim, etiam verba θυμωθεὶς κτλ. pertinere ad Panyasim: certe illud δοξεῖ non repugnat si cum Scholiasta interpretamur dicitur sc. eodem auctore Panyaside. Item Muellerus verba intellexit. Deinde dubitationem movet, qui illi sint, qui Herculem adiuverint. Heynius apud Schaub. p. XX. verba corrupta esse censem. Dicit: Ex fabula ap. Apollodorum et alios satis constat, Iolaum fuisse; fuit adeo Ἡρακλεῖ τοῦ Ἰολάου συμμαχούντος, quod iam Gale notavit, aut quod elegantius Koppiers. Obss. p. 108. τῶν περὶ Ἰόλαον συμμαχούντων. Vitium tamen exstat quoque in Schol. Arat. ad v. 147. et in Phavorin. v. Καρκίνος. Rectius fortasse cogitat Vogelius p. 17, 13. de Minerva et Iolo. Cf. Hes. Th. 317 sqq.

²Αμφιτρυωνιάδης σὺν ἀργιφίλῳ Ἰολάῳ
Ἡρακλέης βούληστι ²Αθηναίης ἀγελείης

sc. Hydram Lernaeam interemit. Cancerum et unum Iolaum socium etiam Hellanicus et Herodorus appellant ap. Schol. Plat. Phaedr. p. 11. Ruhnk. Vid. Sturz. Hellanic. p. 118. ed. alt. et Apollod. l. a. 5, 2. Contra Hygin. fab. 30. Hanc, inquit, Minerva monstrante interfecit.

Fr. VI.

Schol. Od. XII, 301. p. 413. Buttm.

Μεμψόδωρος (Vind. *Μεμψόδωρος* leg. cum Eberto Dissertt. Sic. p. 194. *Νυμφόδωρος*) δὲ τὴν Σικελίαν περιηγησάμενος καὶ Πολύαιον καὶ Πανύαστις φύλακα τῶν Ἡλίου βοῶν Φυλάκιον (Vind. *Φύλακιν*) φῆσι γενέσθαι, ὃν Φιλοστέφανος Αἰολιδοῦν (Vind. *Αἰολιδοῦν*) εἶναι φῆσι καὶ ἔχειν ἐν Μίλαις ἡρῷον. O. Vind. 56.

Primum dicendum est de sententia Schol. Postrema verba καὶ ἔχειν τοῦ. Funckius p. 26. non recte ad Philacium refert, pertinent ad solum Aeolidum. Deinde quaeri potest, utrum sit apud Panyasim custodis nomen. Plerumque ex Schol. nomen Phylacii praefertur. Sed hoc nomine epicus poeta propter metrum [— — —] nullo modo potuit uti. Itaque cum Schol. Vindeb., ubi in universum meliores scripturae inveniuntur, Phylaci nomen custodi vindicandum est: saltem Panyasis hoc unum usurpare poterat: quapropter aut Phylacium deleri aut scribi debet Φυλάκιον ἢ Φύλακιν, ita ut sit idem custos a Nymphodoro et Polyaeno Phylacus, a Panyaside Phylaeus, a Philostephano Aeolidus appellatus. Etiam hoc loco Panyasis aliquid novavit: nam apud Homerum Od. XII, 132. boum custodes sunt filiae Solis, nymphae Phae-thusa et Lampetia, quae in insula Thrinacia (127) procul sita (135) et deserta (351) patres boves pascunt. Nitsch. ad v. 127. dicit Homerum insulam altius caurum versus, quam Aeaeam sitam esse significare, h. e. non pati certo quodam eam loco quaeri. Propter nominis similitudinem posteriores, ut Thuc. VI, 2. Strab. VI, 251. de Trinacria h. e. Sicilia cogitarunt. Sed cum Herculis expeditiones coniunctissimae fuerint auctiori et accuratori cognitioni orbis terrarum: facile concludi potest, a Panyaside terram, ubi Phylaeus Solis boves pasceret, dilucidius definitam fuisse. Num Thrinaciam aut Trinacriam aut Siciliam appellaverit, nescimus. Reliqui auctores Siciliam significarunt. Cum iis si non de Sicilia apud Panyasim quoque cogitandum est, at certe insula quaedam in mari medio occidentali sita intelligi debet. Hoc si est, verba referri possunt ad Herculis navigationem in Erythiam insulam.

Fr. VII.

Athen. XI. p. 469. D.

Πείσανδρος ἐν δευτέρῳ *Ἡρακλείας* τὸ δέπτας, ἐν φῷ διέτελενσεν δὲ *Ἡρακλῆς* τὸν Ὁκεανὸν εἶναι μέν φῆσιν Ἡλίου, λαβεῖν δὲ αὐτὸ παρ' Ὁκεανοῦ *Ἡρακλέα* ... Πανύαστις δὲ ἐν πρώτῳ *Ἡρακλείας* παρὰ Νηρέως φῆσι τὴν τὸν Ἡλίου φιάλην κομίσασθαι τὸν *Ἡρακλέα* καὶ διαπλεῦσαι εἰς Ἑρύθεαν.

Fr. VIII.

Macrob. Saturn. V, 21.

Scyphus Herculis poculum est —. *Herculem vero factores non sine*

caussa cum poculo fecerunt — non solum quod is heros bibax fuisse perhibetur, sed etiam quod antiqua historia est, Herculem poculo tanquam navigio ventis immensa maria transisse ... Poculo autem Herculem vectum ad Ἑρύθειαν, Hispaniae insulam, navigasse et Pimastis (Panyasis), egregius scriptor Graecorum, et Pherecydes auctor est: quorum verba subdere supersedi, quia propiora sunt fabulae, quam historiae. Ego tamen arbitror, non poculo Herculem maria transvectum, sed navigio, cui scypho nomen fuit.

Verba Fr. VII. et VIII. permittunt, ut ad Herculem ab Eurystheo iussum trahantur, ab Erythia insula boves Geryonis abigere, quamquam et Geryon et boves reficentur. Cf. Hes. Th. 287 sqq.

Γηγονῆς

τὸν μὲν ἄρδενάριζε βίη Ἡρακλεῖη
βονσὶ παρ᾽ ελλιπόδεσσι περιβόντω εἰν Ἑρυθείη.
ἡματι τῷ δὲ περ βοῦς ἥλασεν εὐρυμετώπους
Τίγρνθ εἰς ἑρῷν διαβὰς πόδον Ωκεανοῦ κιλ.

Hanc fabulam Pisander et Stesichorus eo amplificarunt, quod Herculem Erythiam Solis poculum vectum esse dicunt. Hos sequitur Panyasis, qui tamen a Pisandro diversus est in eo nominando, per quem Hercules poculum accepit. Stesichorus neminem intercessorem nominat, Pisander Oceanum, Panyasis Nereum. Sed viva fama cum intercessorem audiret, intercedendi causam affinxit. Hercules Solem telis petiturus erat: ne peteret, Sol illi phialam suam obtulit. Hoc incrementum fabulae ante Pherecydem novimus neminem, qui litteris consignaverit. Cf. etiam Apollod. l. a. 10. Habemus luculentissimum exemplum, quomodo fabulae sensim crescant, si Hesiodi narrationem cum Stesichoro et iis qui deinceps sequebantur comparamus. Nostrates hoc ad Panyasim referunt: sed iniuria. Vid. infra frgm. XXXII.

Fr. VI. VII. VIII. sic inter se consociari possunt, ut Herculem Erythiam, insulam trans Oceanum sitam, tendentem singamus Solis insulam accessisse, ibique apud Phylaeum commoratum esse et, cum Solis phiala sibi opus esset ad profectionem, Nero intercedente, eam a Sole accepisse.

In reliquis partibus fortasse poeta a communi fabula non discessit. Muellerus quidem Dor. I. p. 425. et Vogelius p. 20. poetam pro Geryonis armentis Solis boves substituisse opinantur. Sed Solis boves iam Alcyoneus gigas (Apoll. I, 6, 1.) ex Erythia deduxit. Erant boves in Trinacria (id. I, 9, 25.) vel Thrinacia. cf. Fr. VI. Erythia insula in eadem fere ratione est, qua Thrinacia Homerică. Nihil aliud significat, nisi insulam, occidentem versus extremam, cuius aliqua fama ad poetam pervenerat. Hercules autem cum terras perlustraret, hanc quoque viseret oportebat, praesertim cum insula quaedam iam per se idonea esset, quae poetae et de ipsis mirabilibus rebus et de profectione eo suscepta largam narrandi materiam praeberet. Hesiodus Th. 294. nihil scit, nisi eam πέρην κλυτοῦ Ωκεανοῦ sitam esse. Non multo accurrior Panyasidis cognitio fuerit. Postiores pro Gadiris sive Gadibus, Hispaniae insula, acceperunt. Et sic etiam Macrobius de sua cognitione adiecit Hispaniae insulam. De Erythia insula cf. Vogel. in Encyclop. Hal. p. 21, 138. et in primis Funck. p. 27. Hunc

miror Panyasidis Erythiam in oriente quaerere p. 27—32. Grotfend. in Geogr. et Hist. vet. It. I. p. 9. suspicatur Panyasim per easdem fere terras Herculem proficiscentem fecisse, per quas Apollodorus.

Has primarias res fuisse iudico, in quibus argumentum libri primi versabatur. Ad librum secundum refero Herculis profectionem in Hesperidum terram.

Fr. IX.

Hygin. Poet. Astron. II, 6. p. 65. A. Basil.

Engonasin. Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra draconem collocatum, de quo ante diximus, eumque paratum, ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem. Conatur interficere draconem Hesperidum, qui nunquam oculos operuisse somno coactus existimatur, quo magis custos appositus esse demonstratur. De hoc etiam Paniastis (Sic Codd., teste Ecksteinio, Panyasis edd.) in Heraclea dicit.

Fr. X.

Schol. Germ. Arat. Phaen. v. 64. Bas. (Vol. II. p. 42. Buhl.).

Draconem immensae magnitudinis, hortorum custodem insomnem, dum a Funone ad custodienda aurea mala esset constitutus, Hercules, cum ad mala aurea protectus fuisset, ut refert Pannasis Heracleas (Panyasis in Heraclea) fertur peremisse; et idcirco inter astra Iupiter hunc laborem memoria dignum honorasse et utrosque sideribus intulisse, ita ut in certamine fuerint eorum habitus, serpentis capite iam desecto: qui ideo in genu stans, manibus sursum extensis, dextro pede contra draconem porrecto pingitur, ut certaminis labor significetur. Ideo pellem leonis in sinistra manu habere fingitur, ut insigne virtutis monstretur, quia leonem inermis interfecisse narratur.

Fr. XI.

Ruf. Fest. Avien. Arat. Phaen. 175 sqq. Vol. II. p. 128 sqq. Buhl. Engonasin.

Inde pruinoso si lumen ab usque Dracone
 170. In convexa feras oculos in proxima mundi
 Declives, qua parte globo tumet altior ortus,
 Illa laboranti similis succedit imago,
 Protinus expertem quam quondam dixit Aratus
 Nominis, et cuius latuit quoque caussa laboris,
 175. Panyasi sed nota tamen, cui longior aetas
 Eruit excussis arcana exordia rebus.
 Nam dura indomiti memorat sub lege tyronni
 Amphitryoniaden primaevi in flore iuventae,
 Qua cedunt medii longe secreta diei,

180. Hesperidum venisse locos, atque aurea mala,
Inscia quae lenti semper custodia somni
Servabat, carpsisse manu, postquam ille novercae
Insaturatae odiis serpens victoris ab ictu
Spirarumque sinus et fortia vincula laxans.
185. Occubuit, sic membra genu subnixa sinistro
Sustentasse ferunt, sic insedisse labore
Devictum, fama est; ac tum Tirynthius Aethra
Inclitus et solio fultus sublime paterno est.
Iupiter hanc speciem miseratus acerba laborum,
190. Reddidit, et talem cerni permisit Olympo.
En manus ipsa Dei violenta in verbera pendens
Erigitur, dextraeque dehinc impressio plantae
Tempora deculcat maculosi prona Draconis.

Hercules postquam ad insulam extremi occidentis pervenit, iter fecit in terram longissime in aliam regionem projectam, in Hyperboreorum terram ad Hesperides, ut mala aurea deportaret. Hoc mandatum eo difficilis erat exsequi, quia Hercules ignarus, quo tenderet, post varias demum pervaigationes certior factus est, Nereum posse viam docere. Adiit cogitque eum dolo, ut sibi Hesperidum terram indicaret. Quo facto omnes fere terras orientalis orbis perva gabatur et per Caucasum denique in terram Hyperboreorum ad Atlantem pervenit. Sic fere profactionem illam paeclarissimam Pherecydes ap. Schol. Apoll. Rh. IV, 1396. et Apoll. I. a. 11. narrant. Alii Hesperides Austroafricanus versus habitare referunt, contra quos Apollodorus dicit: *ταῦτα δὲ (μῆλα) ἦν οὖτις, ὡς τινες εἶπον, ἐν Αἴθυη, ἀλλὰ ἐπὶ τοῦ Ἀτλαντος ἐν Υπερβόρεοις.* Hoc satis ambigue et contra vulgarem opinionem dictum est. Hyperborei enim longissime septentrionem versus, Atlas occidentem versus habitare existimabantur. Sed mittamus Hyperboreos, Hesperides indagemus. Primus aureorum malorum meminit Hesiodus Th. 335, quae ab terribili dracone πείρασιν ἐν μεγάλοις custodiuntur. Idem dicit Soph. Trach. 1102. *ἐπὶ ἐσχάτοις τόποις.* Idem Hesiodus dicit Atlantem coelum tenere πείρασιν ἐν γαιής, quae verba explicat his πρόπταρος Ἐσπερίδων ληγυφάνων. Unde appetat, poetas noluisse cogitationes auditorum in certum spatium cogere. Si non perperam Avieni verba intelligo Qua cedunt medii longe secreta diei Hesperidum venisse locos sedem Hesperidum indicare debent. Hoc si est, nihil aliud significare possunt, nisi terram non multum solidis meridiani habentem h. e. septentrionalem. Hic locus fugit Muellerum Prolegg. ad Mytholog. p. 420. Funckius p. 33. verba ita intelligit, quasi poeta Herculem tempore meridiano ad Hesperides venisse dicat.

De ratione, qua heros mala nanciscebatur, duplex erat fama. Alii Herculem auctoritate Promethei, quem liberaverat, permotum Atlanti persuasisse dicunt, ut pro se mala derpereret, ipsum interim pro eo coelum tenere velle, ἔνοι δέ, inquit Apollodorus, οὐ παρὰ Ἀτλαντος αὐτὰ λαβεῖν, ἀλλὰ αὐτὸν δρέψασθαι τὰ μῆλα πτείναντα τὸν φρονδοῦντα ὄφιν. Simpliciorem fabulam primus, quod sciam, Panyasis dedit et praeter cetera uberrime caedem draconis descriptis, quem Hercules clavo instuctus leoninaque pelle indutus

interemit. Huc trahi potest Fr. III. Contra Vogelium, qui p. 52. draconis inter sidera relati auctorem nominat Panyasim, cf. Mueller. Prolegg. p. 200.

Quot et quanta pericula heros apud Panyasim in hac expeditione subierit, nescimus: sed si Pherecydem Apollodorumque sequimur, qui Herculem Libya, Aegypto, Asia percursa Rhodum attigisse, Arabiam pervasisse tradunt: hoc referre possumus quattuor fragmenta, quae sequuntur.

Fr. XIII.

Athen. IV. p. 172. D.

Πεμμάτων δὲ πρώτον φησι μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος ἐν οἰς περὶ τῆς παρ' Αἴγυπτοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται, πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνις· πρότερον Στησιχόδον ἦ Ιβύκουν ἐν Ἀθλοις ἐπιγραφομένοις εἰρηκότος.

Pherecydes et imprimis Apollodorus praeter cetera, quae Hercules in profectione ad Hesperides gesserit, hoc referunt, Herculem in Aegyptum ad Busirim venisse, qui hospites immolare solitus fuerit, ipsum autem iam ad aras protactum vinculis disceptis Busirim eiusque adiutores necasse. Haec immolatio a Panyaside fusius tractata esse creditur. Res est dubia. Nimirum affirmat Bodius. De Hercule ad immolandum destinato cf. etiam Herod. II, 45. De popanis cf. Lobeck. Aglaoph. II. p. 1060. Hasii Palaeologum inspicere non potui. De pulorum gallinaceorum usu in sacris faciendis nescio ad quem provocem. Vocabulum νοσσάς fortasse hoc loco primum legitur. Seleuci verba, quae is ex Panyaside assert, in versum coegerunt Schneidewinus in Ibyc. p. 43. Panyasidis versum redintegratus in hanc speciem: πέμματα πόλλ᾽ ἐπέθηκε φέρων καὶ νοσσάδας ὄρνις. (Ὀρνις scripsi cum Steph. Cod. C., Eust. p. 228, 24. cl. Schaeff. Greg. Cor. p. 476. Vulgo ὄρνεις.) et Funckius p. 63. sed sine ulla confidentia: πέμματα πόλλ᾽ ἐπιθεῖς, πολλὰς ἵδε (!) νοσσάδας ὄρνεις.

Fr. XIII.

Apollod. Bib. III, 13, 4.

"Ἄδωνις δὲ ἔτι παῖς ὡν^τ Ἀρτέμιδος χόλῳ πληγεῖς ἐν θήραις ὑπὸ συὸς ἀπέθανεν. Ἡστοδος δὲ αὐτὸν Φοίνικος καὶ Ἀλφεσιβοίας λέγει. Πανύαστις (codd. Heyn.) δέ φησι Θάντος (corr. Θείαντος) βασιλέως Ἀσσυρίων, ὃς ἐσχε θυγατέρα Σμύρναν. αὕτη κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης (οὐ γὰρ αὐτὴν ἐτίμα) ἴσχει τοῦ πατρὸς ἔρωτα· καὶ συνεργὸν λαβοῦσσα τὴν ἱροφόν ἀγνοῦντι τῷ πατρὶ νύπτας δώδεκα συνεννάσθη. Οἱ δὲ ὡς ἥσθετο σπασάμενος ξίφος ἐδίωκεν αὐτὴν· ἡ δὲ περιπαταλαμβανομένη θεοῖς ἤζετο ἀφανῆς γενέσθαι. Θεοὶ δὲ κατοικεῖσθαι τε αὐτὴν εἰς δένδρον μετήλλαξαν, δὲ καλοῦσι σμύρναν. Δεκαμηνιά δὲ ὑστερον χρόνῳ τοῦ δένδρον ἀγαγέντος γεννηθῆναι τὸν λεγόμενον "Ἄδωνιν, ὃν Ἀφροδίτη διὰ καλλὸς ἔιι νήπιον, κρόνα θεῶν, εἰς λάρνακα κρύψασα Περσειρόη παρίστατο. Ἔκεινη δὲ, ὡς ἀθέαστο, οὐκ ἀτεθίδον. Κρίσεως δὲ ἐπὶ Λίδος γενομένης εἰς μοίρας διηρέθη ὁ ἐνιαυτός· καὶ μίαν μὲν παρ' ἑαυτῷ μένειν τὸν Ἀδωνιν, μίαν δὲ παρὰ Περσειρόη προσέταξε, τὴν δὲ ἐτέραν παρὰ Ἀφροδίτη. Οἱ δὲ Ἀδωνις ταύτη προσένειμε καὶ τὴν ἴδιαν μοίραν.

De tota hac narratione nihil ad Panyasim videtur referendum esse nisi Adonidis parentes. Aliter iudicant Funckius et Duebnerus, qui omnia illa ex Panyasidis carmine petita esse in In-

dice pluribus locis significavit. Überius rem eandem narrat Antoninus Liberalis c. 34. sed sine Panyasidis nomine. Heynius ad Apollod. p. 327. Ex hoc poeta, inquit, petita esse arbitror ea, quae schol. Lycoph. 829. de Myrrha [i. e. Smyrna: Μύρρα (Aeolic. Athen. XV. p. 688. C.) δὲ Θεάντος θυγάτηρ κτλ.] narrat eumque sequitur ipse Lycophron eo loco.

De Adonidis parentibus magna inter veteres scriptores dissensio est. Eosdem Apollodorus l. a. 3. nominat Cinyram et Metharmen. Cf. Galii Nott. p. 78 sq. Koch. ad Anton. Lib. p. 277 sq. Apud Apollodorum codd. pro Θεάντος exhibent Θάσινος. Emendavit Muncker. ad Hygin. fab. 58.: quam emendationem iam praeripuit Meursius Cypr. II. c. 9. et utroque ignaro P. Leopard. Emend. lib. XX. c. 22. Vid. Koch. l. a. Corruptum est nomen etiam ap. Probum ad Virg. Ecl. X, 18.: Adonis, ut Hesiodus ait, Phoenicis et Alpheiboeae; Agenoris Choantis, qui Syriam Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait: regnavit in Cypro: quod scholium etiam aliis in rebus perturbatum est. Patronymicum eiusdem nominis in cod. Sylb. Oppian. Hal. III, 403. et in contextu et in schol. perperam scriptum est Θωαντίδος. Sed a plerisque dubitatum est, num id quod Apollodorus referat, petitum sit ex Heraclea. Heynum, qui sine dubio propter nomen Smyrae de Ionicis carmine cogitat, secuti sunt Muellerus, Ecksteinus. Et confitendum est non intelligi, quomodo id ad Herculem pertineat. Si erat in Heraclea, non facile alio loco commemorari poterat, nisi quo Hercules Asiam percurrentes describebatur. De habitatione parentium Adonidis Apoll. II, 13, 4. dicit, Cinyram ex Assyria in Cyprum se contulisse ibique Cypriorum regis filiam duxisse, ex qua Adonim genuisse. Pertinet igitur fragmentum aut ad Assyriam, aut id quod potius crediderim, ad Cyprum. Quod Bodius II, 1. p. 87. dicit: Panyaside auctore Adonidis patriam fuisse Syriam falsum est. Verum idem dicit h. e. non plus quam inest in Fragmento, I. p. 509. iis exceptis, quae de Hercule adiecit.

Fr. XIV.

Hesych. v. *'Ηοίην*. (Phav. Lexic.).

'Ηοίην τὸν Ἀδωνν, Πανάστις.

Forma nominis singularis est. Rem sic expedio. Idem Adonis appellatur ab Hesychio Αθώας, δὲ Ἀδωνις ὑπὸ Ηερσαίων h. e. Αώας, unde est forma ionica *'Ηοίης*. Simili modo Λίόννος appellatur *Υης*. Cf. Hesych. v. *Τύης* i. e. *Υης*. Schol. Arat. Phaen. 172. Hoc nomen Panyasis videtur in locum illius substituisse. Conferri potest quod traditur in Etym. M. 117, 33. *Αῶς*, ποταμὸς τῆς Κύπρου. *Αῶ γὰρ δὲ Ἀδωνις ὄνομά τετο. καὶ ἀπ’ αὐτοῦ οἱ Κύπρον βασιλεύσαντες.* Ζοΐλος δὲ δὲ Κέδρασενς καὶ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐαντοῦ μητρὸς κληθῆναι τὴν γὰρ Θεάντος μητέρας οὐ Συίρην, ἀλλ’ *Ἀδᾶν* καλοῦσι. Φιλέας δὲ πρώτον βασιλέα *Ἀδῶν*, *Ἡοῖς* ὅντα καὶ Κεράλον. Longius in explicando vix licet progredi. Muellerus propter hoc fragmentum non remotus est ab opinione, id quod schol. Theocr. V, 21. (Vid. Leutsch. ad Zenob. V, 47. Paroemiogr. I. p. 140.) tradit, Herculem noluisse Adonim pro deo credere, petitum esse a Panyaside. Quod Muellerus veri simile esse opinatus est, id pro ipso vero vendunt Bodius p. 509. Duentzer. p. 94. Funckius nimius est in explicando et putat nominativum vocis *'Ηοίην*

esse *'Hoīn* et ita quidem, ut Adonim a Panyaside opinetur significatum esse non solum iuvenem, sed etiam virginem. De veneratione Adonidis vid. Bod. II, 1. p. 86. sqq.

Fr. XV.

Steph. Byzant. v. Τρεμιλη.

Τρεμιλη. ἡ Λυκία ἐπαλέτο οὐτως, οἱ κατοικοῦντες Τρεμιλεῖς ἀπὸ Τρεμίλου, ὃς Παγάσις.
Ἐνθα δ' ἔναις μέγας Τρεμίλος, καὶ ἔγγις θύγατρα,
νύμφην Ὡγυγίην, ἥν Ηραξιδίην καλέουσι,
Σίμβρῳ ἐπ' ἀργυρόφ, ποταμῷ παραδινήσει.
τῆς δ' δλοὶ παῖδες Τλῶς, Ξάνθος, Πίναρός τε
καὶ Κράγος, ὃς ζωτέων πάσας ληῖστ' ἀρούρας.
Ἀλέξανδρος δὲ τελενήσας (vid. Holsten. not.) τούτους δὲ τοὺς Τρεμίλεονς (— λέας Cod. Vratisl.) Λυκίους Βελλεροφόνης μετωνόμαστεν. Ἐκατοίς Τρεμίλας αὐτοὺς καλεῖ.

Unde Lycia, quae sit prius Tremila appellata, nomen duxerit, quodque nomen incolae habuerint alii aliter tradunt. Praeter Stephanum cf. Anton. Lib. c. 35. cum notis Munck. p. 292. Koch., Paus. I, 19, 4. (3.) et quos ibi indicavit Walzius. Apud Panyasim nomen accepit a Tremilo, antiquo stirpis Tremilensis auctore, cuius filia eademque uxor nympha Ogygia erat, quae Praxidice appellabatur. Haec nescio num apud alios quoque inveniatur. Ogygi filiarum nullam scio Ogygiam. Suidas v. Ηραξιδίη auctore Mnasea Praxidicen appellat sororem uxoremque Soteris et sic pergit: Λυκίστος δὲ ἐν πτίσεσιν Ὡγύγον θυγατέρας Ἀλαζούνειαν, Θελένειαν, Αὐλίδα, ἢς ὑστερον Ηραξιδίας ὄνομασθῆναι. Filii Tremili et Ogygiae fuisse videntur heroes gentis Lyciae, quos poeta Halicarnasseus ex fabulis Lyciae, suae patriae vicinae, sine dubio cognovit. Nam eorum nomina cohaerent cum montibus et urbibus Lyciae. Vid. Steph. Τλῶς, πόλις Λυκίας ἀπὸ Τλῶ τοῦ Τρεμίλου (sic) καὶ Ηραξιδίης νύμφης: Ξάνθος, πόλις Λυκίας: Ήνεαρα, πόλις μεγίστη ὑπεροχεινένη τῷ Κράγῳ ὅρει τῆς Κιλικίας. Vid. interpret.; Κράγος, ὅρος Λυκίας ... ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλου (sic) νεών, μητρὸς δὲ Ηραξιδίης νύμφης. Funckius contra p. 58. opinatur haec nomina a Panyaside ficta esse. Quid de inventione nominum, quae apud epicos poetas legantur, statuendum sit, disci potest ex O. Muelleri Prolegg. p. 275. 285 sqq., 348 sqq. et ex Nitschii Annott. ad Od. II, 386. Vol. I. p. 116 sq.

v. 1. ἔνθα Cod. Thom. d. Pined. ἔνθα δ' ἔρρεε μ. Τρεμίλος ἄγει με θύγ. Cod. Vratisl. Si Funckius p. 54. ἔγγις interpretatur nupserat et ob hanc caussam pro καὶ scribi vult ὃς qui nupserat, vereor, ne versum non bene perspexerit. Sententia est: Ibi habitabat Tremilus et duxit (vel potius concubuit Od. I, 36.?) filiam.

v. 3. Σίμβρῳ Cod. Vratisl. Conferri possunt δύμβωμόθυμος, τερψίμβροτος, ἄμβροτος, Σηησίμβροτος, Ἄμβροτος, Θίμβρων, Σιμβρός. Σίμβρῳ Vulg. Thom. de Pinedo: Lege Σίρβῳ tanquam ἀπὸ τοῦ Σίρβος ... quem Strab. XIV. Σίρβην vocat.
ἐπ' ἀργυρόφ. Exemplum prorsus simile non habeo in promptu, sed conferri potest Hes. Th. 791. δίνης ἀργυρέης εἰλιγμένος (Ωμεανός), Mosch. II, 53. ἀργύρεος Νείλον ὁδός.
παραδινήσει] Libri παρὰ δ. Iac. Gronov. in Var. Lect. Vol. I. p. 582. Lips. dicit: Ex duabus postremis vocabulis unum componendum παραδινήσει. Recte. Nam

haec verba praecedentibus non novi quid significant, sed sunt in appositione: nam si illud esset, repeti praepositio posset illa quidem ἐπί, non alia quaedam. Cf. Hom. Il. XXIV, 614 sq. et alibi. In appositione autem non repetitur praepositio neque eadem neque alia, velut Il. II, 395 sq. κῆμα ἀκτῆς ἐφ' ὑψελῆ ..., προβλῆται σκοπέλων. Vox παραδινήτεis propria est Panyasidis. Est quidem adiectivorum in δινήτεis, δινῆς, δινής exeuntium prior pars apud antiquos poetas nomen quoddam, ut ἀργυροδίνης, βαθυδινής, βαθυδινής; sed apud posteriores etiam praepositio, cuius duo exempla afferunt editores Thesauri Stephaniani, περιδινής κύρτος ex Epigr. adesp. 128. Versatilis nassa, et περιδινής ex Callimacho. Est fragmentum 147. ed. Blomf., ubi editor: Etym. M. [49, 48.] τῷ περὶ δινήτεi Ἀχαιονίδην ἔβαλεν. Corrige, ut supra editum [τῷ περιδινήτεi ἀχαιονίδην ἔβαλεν]. In eandem sententiam disputat Funcius p. 55. Aliter Duentzerus p. 94.

v. 4. τῆς δὲ δλοῖ παῖδες. Cur τῆς, non τοῦ? Nescio an explicandi caussa hoc transferendum sit quod de Lyciis Herodotus I, 173. tradit: (Οἱ Λύκιοι) νόμοισι δὲ τὰ μὲν Κορυκοῖσι, τὰ δὲ Καρικοῖσι χρέωνται. Θν δὲ τόδε ἴδιον νενομίζαστι καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων· παλέοντι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωντοὺς καὶ οὐκὶ ἀπὸ τῶν πατέρων. εἰρημένον δὲ ἔτερον τὸν πλήσιον, τίς εἴη, παταλέξει ἑωντὸν μητρόθεν, καὶ τῆς μητρὸς ἀνανεύεται τὰς μητέρας. Muellerus suspicatur Panyasim in versibus proxime sequentibus narrasse ab Hercule Tremili filios occisos esse.

Τιμῶς Cod. Vratisl. falso. Vid. Steph. Byz. v. Τλῶς. — Codd. Paris. duo τιμῶς ξανθός τε πίναρος. Sed v. Strabonem XIV, p. 665, 980. B. C. DUEBN.

Ex libro tertio duo versus afferuntur de vino et unus de Bacchi nutrice. Itaque quidquid ad convivium referri potest, coniungere volumus, quamquam ex conditione fragmentorum appareret, non omnia ea posse ad unum idemque convivium referri. Certe dubitari potest de coniunctione fragmentorum XVI — XX. Qua occasione in Panyasidis carmine Hercules convivio interfuerit, nescimus. O. Muellerus Dor. II, p. 473. opinatur, Panyasim esse Stesichorum imitatum, apud quem (Athen. XI, p. 499. A.) Pholus Centaurus Herculem hospitio exceptit. Idem refert Apollodorus l. a. 5, 4. et in Theocr. Id. VII, 149 sqq. praeter vinum, quod Ulixes Polyphemo gustandum dedit, vinum, quod apud Pholus Hercul Chiron apposuit, his verbis commemoratur:

Ἄρα γέ πα τοιόνδε Φόλῳ πατά λάΐνον ἄντρον
Ζητῆσθε 'Ηρακλῆς γέρων ἐστάσατο Χείρων;
Ἄρα γέ πα τὴν τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπτω
τὸν ψατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὥρεστι νᾶας ἔβαλλε πιλ.

Ad quos versus Scholiastae haec annotant: Φόλος ὄνομα Κενταύρου, φὲ ἐπιτενωθεῖς 'Ηρακλῆς οἶνον ἔπιε παλὸν ἐπι Λιονίσου δοθέντα. Συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Χείρων. — ἵψ' οὖ (ῶν Vatic. 4.) ξενισθέντα τὸν 'Ηρακλέα φασὶ πολλοῖ. 'Ο μέντοι οἶνος δὲ δοθεὶς ἐπὶ Λιονίσου χαριστήσουν κτλ. Quem ad modum Theocritus ad notissimum illum Ulixis ad Polyphemum adventum respicit: ita sine dubio id quod dicit de convivis Hercule et Pholo cum Chirone ad convivium certo quodam carmine celebratum spectat, quod auditores statim recordabantur. Theocriti autem locus diversus est a Stesichoro et Apollodoro: nam apud hos Chiron non interest convivio. Neque ad Panyasim provocare possis, nisi plura incerta pro certis sumpseris, quamvis tibi

obrepat cogitatio, praesertim cum fragmentum XIX. ex eodem libro tertio allatum nullo negotio cum Scholiastarum Theocriteorum verbis consociari possit, etiam Panyasim in iis multis fuisse, de quibus Scholiasta dicit. Sed sit convivium Pholi, tum referas cum Apollodoro ad venationem Erymanthii apri, quamquam neque ille labor apud Stesichorum cum Pholi hospitio coniunctus est, neque venatio illa cum Pholi hospitio commemoratur apud Hecataeum, qui primus, ut videtur, apri illius meminit. Vid. Vogel. p. 36. Funckius sine ullo testimonio conjectatur, Fragmenta XVI—XIX. ex descriptione epularum esse, quae expeditionibus contra Cyenum et Legimum antecesserint, et fragmenta XX. XXI. cum nuptiis Pirithoi et Hippodamiae cohaerere, quae tam inoptabilem habuerint exitum, ut bellum Centaurorum et Lapitharum inde sequeretur. Consentit Ecksteinus. Sed neque unius neque alterius belli in reliquis Panyasidis ullum vestigium observari potest.

Fr. XVI.

Athen. XI. 498. D.

*Πανύασις τοίτῳ Ἡρακλείας φησί
Τοῦ περάσας κρητῆρα μέγαν κρυστόν φαεινόν,
σκύπτρους αἰνύμενος θαυμέας ποτὸν ἡδὺν ἔπινεν.*

Athenaeus ib. A. *Πετόδος*, inquit, σὺν τῷ π σκύπτρον λέγει. σκύπτρον habet cod. Laur. (B.) Sed dubitatur, etiam si σκύπτρος pronuntiatum sit, num ita scribi oporteat. Cf. Passov. Lex. Schaeff. ad Theogn. 1057. De his duobus versibus mirum tradit Ecksteinus.

Fr. XVII.

Stob. Flor. Tit. XVIII, 22. Athen. II, 37. A. *Πανύασις δέ λέγει* vv. 12—19. except. v. 16.
Suid. v. οἶνος. *Πανύασις* vv. 12. 13.

Παννάσιδος. (Sic Frob. *Παννασσίδον Trinc.*)

*Ξεῖν' ἄγε δὴ καὶ πῖν· ἀρετή νύ τις ἔστι καὶ αὐτῇ,
ὅς κε ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθιν πίνη
εὐν καὶ ἐπισταμενῶς, ἅμα τὸ ἄλλον φῶτα κελεύῃ.
Ισόν τοῦ δόστοις ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολεμῷ θεός ἀνήρ
5. δημίνας διέπτων ταλαπενθέας, ἔνθα τε παῦροι
θαρσαλέοι τελέθοντε μένοντε τε θοῦρον "Ἄρη —
τοῦ μὲν ἐγὼ θείμην ίσον κλέος δόστοις ἐν δαιτὶ^{τέρπηται παρεών, ἅμα τὸ ἄλλον λαὸν ἀνώγη.}
οὐ γάρ μοι ζώειν γε δοκεῖ βροτός, οὐδὲ βιῶντα
10. ἀνθρώποιο βίον ταλασίρρονος, δόστοις ἀτέοντος
θυμὸν ἐρητύσας πίνει πότον ἀλλὰ ἐνεόρρων.
οἶνος γάρ πνοὶ ίσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειασ
θεοῖσιν, ἀλεξίπανον, πάσης συνοπηδὸν δοιδῆς.
ἐν μὲν γάρ θαλίης ἑρόν μέρος, ἀγλαΐης τε,*

15. ἐν δὲ χοροιτυπίῃς, ἐν δὲ ἱεροῖς φιλάτητος,
ἐν δὲ γε μὲν Θήρῃς καὶ δυσφροσύνῃς ἀλεγεινῆς.
τῷ σε χρὴ παρὰ δαιτὶ δεδεμένον εὑροντι θυμῷ
πίνειν, μηδὲ βοῇ τεκακομένον ἡτε γῆπα
ἴσθαι πλημμύροντα λειασμένον εὐφροσύνασν.

Totus locus deest in A. Paris., optimo quidem codice, sed male conservato, de quo cf. Gaisf. Stob. Vol. I. p. V. Vol. IV. p. 353 sqq.

v. 1. νῦ τις Codd. Leid. (Voss.), Mosq. (Arsen.) Paris B. m. s. Steph. — νῦ om. Trinc. δέ τις vulgo.

v. 3. πελεύει, Voss. Trinc. Supplendum est πίνειν.

v. 4. ἵσον — ἀνώγῃ. Constructio perturbata, quam ob caussam post Ἀρηα signum abrupti sermonis posui. Nexus sententiarum hic est: Bibe: nempe virtus quaedam etiam haec est, si quis forte prudenter bibat et aequam gloriam iudicaverim, si quis convivio atque si quis bello delectetur.

δς Voss. Paris. N. Trinc. — θεός Paris. B. m. pr. Trinc.

v. 5. ἔνθα τε Trinc. H. Steph. Vid. Fr. XX, 4. ἔνθα δέ Vulg. ἔνθα γε Brunck. in An.

v. 7. τοῦ μέν. Particula μέν ad interruptae constructionis restitutionem necessaria videatur: Huius, inquam (μέν), gloriam velim vel possim aequam iudicare. — τοῦ τε Brunck. Gaisford. Funck.

v. 8. ἀνώγει Voss.

v. 9. οὐδέ Trinc. Gesn. H. Steph. ἢ Brunck.

v. 11. ἀλλ ἐνέόργων em. Valcken. etiam recepta a Duebnero; *ζερόργων* coniect. Schaeff. in Gnom.; ἄλλο *νεόργων* vulgo, quod si esset Graecum nomen appellativum, nihil aliud significare posset, nisi *νεωστὶ φρονῶν*. Passovius, qui *ἐνέόργων* pro Panyasideo vocabulo habuit, (ut Iacobitz.) etiam *νεόργων* recepit in lexicon suum, sed sine auctoris nomine, et interpretatur Kindisch, jugendlich gesinnt. Hanc posteriorem interpretationem suam etiam Funckius fecit. Sed si alterutra teneri posset, prior deberet: nam notionem stulti tota sententia flagitat.

v. 12 — 19. praeter v. 16. etiam apud Athenaeum et vv. 12. 13. apud Suidam exstant.

v. 12. Athen. cod. Laur. (B.) habet οἶνον, et duo Paris. BC om. γάρ. — πνοὶ ἵσον. Simile est illud Eratosth. apud Athen. l. a. 36. οἶνός τοι πνοὶ ἵσον ἔχει μέρος.

v. 13. ἐσθλὸν δ' Suid. DIND. πάσῃ συνοιηδὸν ἀνίη [—. —. Vid. XVIII, 4. ἀνίας — —] Athen. et Suid.; π. σ. ὀνίη (!) Hi. Wolf. ad Suid., ut sit utilitati; πάσῃ σ. ἀνίδη Valeken. probante Iacobsio ad Anth. Gr. III. p. 670. Sed utramque, inquit idem, lectionem consiliare licet, scribendo: πάσῃ συνοιη. ἀδείη: quod vinum aerumnis et timore, quo animus cruciatur, exsolvit securitatemque tribuit. Diphil. ap. Athen. L. II. p. 35. D. Bacchum laudat: δς τὸν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιεῖ μόνος .. τὸν τὸν ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασεῖν.

v. 14. ἐν μὲν Casaub. c. Dalech. et deinde iterum ἐν δέ SCHWEIGH. ἐκ μὲν Stob. Cod. Paris. B. — pro ἑρῷ Athen. ἑρατόν, per se non improbabile: sed cum Stobaeus in universum meliores habeat scripturas, eum potius, quantum fieri potest, sequi debemus.

v. 15. χοροντπίης Athen. Cod. Laur. B. duo Pariss. CD.

v. 16. γε μὲν H. Steph. Lect. Crisp. τε μὲν vulgo. Grotius dicit: Qui heic in vulgaris sequitur versus? *Εν δέ τε μὲν κτλ.* aut aliunde infartus est aut a sciollo adscriptus. Neque apud Athenaeum, ubi idem hic locus citatur, quicquam eius appetit. Recentiores versum eiecerunt. Non consentio. Primum enim sciolus nescio quis non facile talem versum scriperit; deinde lubricum atque anceps est, aliquid dannare, quod non bene in partem quandam eamque curtam convenire videtur. In totum fortasse potuit convenire. Nexus sententiarum puto eum posse aliquo modo invenire, a quo hic versus non plane abhorreat. Convivator ad bibendum hospitem suum invitat, quem Herculem fuisse cogitare licet. Hercules autem, si Apollodorum sequimur, a Pholo ante venationem Erymanthii apri hospitaliter exceptus est. Propter hunc laborem Hercules tristis moestusque erat. Convivator, ut hospitis animum hilaret, bibere eum iubet, cum in vino non solum laetitia augendae vis insit, sed etiam tristitiae depellendae (*όνειρα ἐσθλόν, ἀλεξίαν*). Hanc universalem sententiam per singulas partes explanat et ita quidem, ut illud *ἐσθλόν* pertineat ad vv. 14. 15., hoc *ἀλεξίαν* ad v. 16. Proximum erat, quod pro aliqua miseria convivator nominabat eam, qua tum Hercules premebatur. Certe v. 16. antecedentibus oppositum esse docent particulae γέ μέν, quae vim adversativam exercent. Cf. II. II, 703. 709. XI, 813. Od. IV, 195. — δήρης pro θήρης habent H. Steph. Lect. Crisp.

v. 17. τῷ δὲ Ath. cod. Laur. — δεδεμένον Athen. codd. Laurent., duo Pariss. (BCD.). δεδεμένον Ath. edd. princ. Casaub. pr., quod Valckenaerius iniuria in Stobaeum recipi vult.

v. 18. βορῆς κενορημένον Athen. quod omnibus recentioribus probatum est. H. Stephanus edidit βορῆς κεκαυμένον. Sed vereor, ut haec eligendi ratio probari possit. Athenaei scripturae αὐτή pro ἀνιδῆς, ἔρατόν pro ἵερόν, δεδεμένον pro δεδεμένον, κενορημένον pro κεκαυμένον, παιδά pro γῆτα emendatricem manum redolent. Certius igitur duco, quamdiu fieri possit, unum auctorem sequi. βορῆς κεκαυ. cum emphasi quadam est nimio cibo deformatum; ut quis inhabilis et tardus fiat et quodammodo se loco non possit movere, vulturis instar, qui ob nimiam dapem avolare nequeat. Alterum participium πλημμύρωντα explicat verba βορῆς κεκαυμένον et ad verba βορῆς κεκ. ἡσθαι πλ. coniuncta pertinet λελασμένον εἰπε. De participiis ἀστιθέντως coniunctis vid. Kuehner. Gr. gr. ampl. §. 676, 2. Kuehner citat Naegelsbach. excurs. XV. ad II. — pro voce γῆτα habet Athen. παιδά. Ad hunc versum Funckius haec adnotat: γύψ imago voracitatis Athen. X, 1. p. 411. F. Schol. Aristoph. Av. 567. Eustath. Hom. O. T. I. p. 241., unde ipsi Herculī famelico vultur tanquam symbolum additus. Cfr. Heffter die Götterd. auf Rhod. p. 21.

v. 19. λελησμένον Athen. Vid. Heyn. ad Hom. Tom. V. p. 155. et Funckium p. 41.

Fr. XVIII.

Athen. II. 37. B. Clem. Alex. Strom. VI. 2, 11. p. 264. Sylb. 742. Pott. Ηανίασις γράφει.
vv. 1. 5.

Kαὶ πάλιν [Ηανίασις].

Oίνος δὲ θνήτοισι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον,

ἀγλαός, φίλος πάσαι μὲν ἐφαρμόζοντιν ἀοιδαῖς,
πάντες δ' ὁρχηθμοί, πᾶσαι δ' ἔραται φιλότητες.
πάσας δ' ἐν ψαδίης ἄντας ἀνδρῶν ἀλατάζει
5. πινόμενος κατὰ μέτρον· ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων.
οὐκ. 1. οἶνος δέ edd. princ. Casaub. pr. δέ om. codd. Laurent. duo Pariss. (BCD.). μὲν
H. Steph. δή Duentz. ὡς οἶνος θν. Clem. Alex.
v. 3. ὁρχηθμοί H. Steph. Brunck. Dind. ap. Athen. et reliqui. ὁρχηθμοί codd. Gaisford.
Illud verum. Exempla vid. ap. Lobeck. Phryn. p. 511. et ap. Funck. p. 41.
v. 4. ψαδίης H. Steph. et reliqui. ψαδίας Athen. ψαδίας Cod. Paris. ap. Duebn. ψαδίας
ἀνδρῶν ἀλατάζει ἄντας edidit Brunckius in An. meliore, ut Dind. ad Ath. iudicat, sono. De
correptione τῆς ἄντας vid. Ruhnk. Ep. Cr. II. p. 276, ubi exempla sunt collecta.
v. 5. κατὰ μέτρα Cod. Par. ap. Duebn. — ὑπέρμετρος tacite scripsit Muretus Var. Lect.
VII. 12. a Barkero indicatus. DIND. in ed. Lips. ὑπέρμετρος Clem. Alex.

Fr. XIX.

Schol. Pind. Pyth. III, 177. Tom. II. p. 339. Boeckh.

Θυάνη τῇ Σεμέλῃ φρστ· διωνυμία γὰρ ἐκέχοητο. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τὴν αὐτὴν Διώνην Λέγοντες
... ἔνιοι δὲ τὴν Θυάνην ἐνέργαν τῇ Σεμέλῃς φασὶν εἶναι τροφὴν τοῦ Διονύσου, ὡσπερ Πανία-
σις ἐν τρίτῳ Ἡρακλείας.

Καὶ δέ ὁ μὲν ἐκ πόλιοι τροφοῦ θόρε ποστὶ Θυάνης.

Vulgo pro ἐξ legebatur ἐν. Heynius ἐξ notavit e Cod. Gotting. et Scaliger posuit in libri sui
margine. Vid. Boeckh. ad h. I. et Valcken. ad Ammon. p. 208. Vulgarem fabulam habet
Apollodorus III, 5, 3. δέ δὲ (Διόνυσος) ἀναγαγὼν ἐξ Ἀιδου τὴν μητέρα καὶ προσαγορεύσας Θυά-
νην, μετ' αὐτῆς εἰς οὐρανὸν ἀνῆλθεν. Duplex nomen confirmatur Hom. h. in Bach. XXXIV,
21. — γαῖας Διόνυσον εἶραφιώτα Σὺν μητρὶ Σεμέλῃ, ἥντερος παλέοντος Θυάνην. Aliter Panyasis,
qui primus Thyonem non matrem Bacchi vocavit, sed nutricem. Secundum Valekenaerium
secutus est Pherecydes, cuius Dionem apud Schol. II. XVIII, 486. inter Bacchi nutrices relata-
tam Valkenaerius in Thyonem mutat. Certior Funckii conjectura videtur esse Thynem,
unam ex Hyadibus apud Hygin. Poet. Astron. III, 21. in Thyonem emendantis p. 43.

Si liceret de Panyasidis convivio ex Theocrito conjecturam fieri, hic versus petitus esset
ex hymno, quem fortasse Chiron in Bacchi honorem inter epulas cecinisset, praesertim cum il-
lud vinum, ut Scholia Theocriti referunt, Bacchi donum esset; adhortatio ad bibendum
profecta esse posset a Pholo. Hoc vero si statueretur, statim etiam aliud statuendum esset,
Panyasim hac quoque occasione vulgarem fabulam reliquisse. Sed haec omnia sunt in sola
conjectura posita. Etiam multo incertius est, quo ultimum symposiacum fragmentum referatur:
nam propter plures convivas, qui indicantur, ad idem convivium pertinere nullo modo potest.

Fr. XX. XXI.

Athen. II, 36. D.

Πανίασις δέ ὁ ἐποποιὸς τὴν μὲν πρώτην πόσιν ἀπονέμει Χάρισιν, "Ωραῖς καὶ Διονύσῳ, τὴν
δὲ δευτέραν Ἀφροδίτην καὶ πάλιν Διονύσῳ, "Υβρεῖ δὲ καὶ Ἀτη τὴν τρίτην.

Πρῶται μὲν Χάριτες τοῦ ἔλαχον καὶ ἐνθρόνους Ὡραί
μοῖδαι καὶ Διόνυσος ἐρήμους, οἵτε τὸν ξενέαν.
τοῖς δὲ ἐπὶ Κυπρογένεια τεὰ λάχε καὶ Διόνυσος·
ἔνθα τε πάλλιστος πότος ἀνδράσι γίγνεται οἶνον.
5. εἰ τις μὲν πίνοι καὶ ἀπότροπος οἴκαδ' ἀπέλθοι
δαιτὸς ἀπὸ γλυκερῆς, οὐκ ἐν ποτε πίματι κύρσαι·
ἀλλ' ὅτε τις μοίης τριτάτης πόδος μέρον ἐλαύνοι
πίνων ἀβλεμένως· τότε δὲ "Υβριος αἴσα καὶ Ἀτης
γίγνεται ἀργαλέη, καὶ δὲ ἀνθρώποισιν ὀπάζει.
10. ἀλλὰ πέπον, μέρον γὰρ ἔχεις γλυκεροῦ ποτοῦ,
στείχε παρὰ μνήσην ἄλοχον, κοτύζε δὲ ἐταίρονς·
δεῖδια γὰρ τριτάτης μοίης μελιηδέος οἴνον
πινομένης, μή σ' ὑβρις ἐν φρεσὶ θυμὸν ἀέρσῃ
ἔσθλοις ἐν ξενίοισι, καὶ δὲ τίθησι τελευτήν.
15. ἀλλ' ἀπιθε καὶ πανε πολὺν πότον
καὶ ἔξῆς περὶ ἀμέτρον οἶνον.
εἰ γάρ οἱ Ἀτης τε καὶ Ὑβριος αἴσα δημόδει.
κατὰ τὸν Εὐρυπίδην.

Hoc fragmentum pertinet ad finem alicuius convivii, ut tres primi versus docent. Libatum erat Gratiiis cum Horis et Baccho: iterum libatum erat cum Baccho Veneri, h. e. prima et altera cratera exhausta erat a convivis. Tertius missus improbat propter malum exitum, qui ex immodico vini usu solet sequi. Quid sibi velint duae tresve craterae demonstravit Osannus Symb. I. p. 99. sqq. 113. sq. qui etiam hoc Panyasidis fragmentum p. 115. sq. sub examen vocavit, et, postquam Muelleri opinionem de convivio a Pholo instituto praetermittendam esse iudicavit, in hunc fere modum disputat: Seniorem quandam convivam hospites dehortari ab immodico vini usu adhortarique convivatorem, ut mensam tolleret hospitesque dormitum mitteret, ne malus eventus sequeretur. Ad sententiam totius loci conferri potest Even. eleg. Anth. P. XI. 49. Br. Anal. XV. Vol. I. p. 166.

[τὴν τρίτην] Post haec in VL [i. e. ed. princ. et Casaub. pr.] sequuntur illa *πατὰ γὰρ τὸν Εὐρυπίδην*, omissis Panyasidis fragmentis, quae libro XIII. subiecta sunt in C. (Paris.) et epitomes codice Hoescheliano. Primus edidit Hoeschelius ad Ioannis Damasceni orationem (Aug. Vindel. 1588.) p. 85. DIND.

[Πανάσις] *Παννάσις* C. (Paris.) Schweigh. deleto *Πανάσις* edidit φησὶ γοῖν. DIND.
v. 1. *πρώτην* Hoesch. probante Schweigh. — εὐθρονες scribebatur ante Dindorf. Cf. Hom. h. in Apoll. Pyth. 16. αὐτὰρ ἐπιλόναμοι Χάριτες καὶ ἐνθρόνους Ὡραί.

v. 2. *ἵντερ* Hoesch. probante Funcio.

v. 4. *ἔνθα τε* est relativum, quapropter punctum post Διόνυσος positum sustuli, contra plene interpusxi post οἶνον. Hoc modo carere possumus Schweighaeuseri conjectura v. 6. De relativo *ἔνθα τε* cf. Herm. h. in Vener. 59. Nitsch Annott. ad I, 50. — πότος C. (Paris.) — γίγνεται scribebatur et v. 9. ante Dind.

v. 5. *μὲν πίνοι* emend. Schweigh. με πίοι C. γε πίοι cod. Hoesch.

v. 6. κύρσας coniect. Schweigh., quam recepit Funckius. Sed vid. v. 4.

v. 7. ἐλαύνει cod. Hoesch. ἐλαύνειν h. l. intransitive intelligendum est, ut Germanice dicitur: es treiben: progreedi, procedere. Sententia est: Si quis procedat in bibendo ad faecem tertiae craterae —. Hic usus videtur epicis poetis insuetus esse. Vid. Lexica. Ab aliis tertia mistura non improbaratur. Vid. Osann. Symb. I. p. 114 sqq.

v. 8. ἀβλεμέως. Hanc vocem solus, ut videtur, usurpavit Panyasis. Simile est ἀβλεμές ap. Nicandri Al. 81. ubi Schol. ἀβλεμές δὲ ἀντὶ τοῦ ἀδρανές, ὃς ἀπὸ τοῦ βλεμεάτῳ (Hesych.). ἀβλεμέως in Etym. M. 3, 25. (Suid.) auctore Orione (Etym. Orion. 14, 21.) sic explicatur: ἀφρονίστως παρὰ τὸ μέλειν ἀμελέως, καὶ ὑπερθέσει ἀμελέως καὶ πλεονασμῷ τοῦ βῆται ἀβλεμέως. Ad sententiam apta explicatio. Alter Hesych. v. ἀβλεμής. Rostius in Lex. ampl. verit: unenthalsam, unmässig. — τότε δ?] De particula δέ in apodosi enuntiationis hypotheticae vid. Kuehneri Gr. ampl. §. 738., qui ad Naegelsbachii Excurs. XI. provocat.

v. 9. ἀργαλέη scripsi. Editiones omnes ἀργαλέα. — καὶ C. (Paris.). καὶ Cod. Hoesch.

v. 13. ἀέρσῃ pro ἀείρῃ. Etym. M. 20, 46. αἴρω, ὁ μέλλων ἀέρω, Αἰολικῶς ἀέρσω. Praeter Matth. Gr. Gr. v. αἴρω. Kuehner. Gr. Gr. §. 168. n. 2. vid. Ahrens. Dial. Aeol. §. 35. p. 131., quem cum Panyasidis versus fugerit etymologiae caussa fut. ἀέρσω a Grammaticis dictum esse iudicat. — σε νῦν τοῦ ἀέρσῃ, ne insolentia, intemperantia animum tuum efferat, excitet, corripiat. De constructione quae dicitur σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος vid. Kuehner. Gr. §. 564.

v. 14. Sic lenissima mutatione scripsi: metuo enim, si tertia mellei vini cratera bibitur, ne insolentia animum tuum in honestis lautiis sive epulis hospitalibus excitet: malum autem ponit sive facit exitum. De ratione enuntiatorum nihil dicendum est. Hic usus apud Graecos, epicos potissimum poetas, satis frequens est. Libri habent: ἐσθλοῖς ἐν ξενίοισι κακὴν δ? [deest. ap. Schweigh.] ἐπιθήσει τελευτήν. Schweigh. edidit κακὴν θήσεις, quem secutus est Gaisfordius. Iacobsius coniecit ad Anth. Palat. III. p. 667. ἐσθλοῖσιν ξενίοισι κακὴν ἐπιθεῖσα τελευτήν, quem secutus est Dindorf. ἐσθλοῖσι ξ. τελ. probante Osanno, cui tamen magis placet ἐσθλοῖσι ξενίοισι. Alteram Dindorfius hanc proposuit conjecturam: ἐσθλοῖσιν δὲ (s. τε) κακὴν ἐπιθῆ (s. ἐπιθῆς) ξενίοισι τελευτήν. Funckius scribendum censet: ἐσθλοῖς τε ξενίοισι κακὴν δ? ἐπιθῆσι τελευτήν.

v. 15. Sic libri. Bene. Nam repetitur adhortatio abeundi v. 11. Neque in metro (Od. XII, 209. ἐπὶ κακόν cf. Nitsch. ad l.), neque in hysterologia (Nitsch. Annott. ad IV, 208.) quidquam inesse videtur, quod offendat. Prius sine dubio Meinekium movit, ut nescio quo loco proponeret: ἀλλὰ πιθοῦ, quam coniecturam Dindorfius recepit et Funckius et Duebnerus. Osannus non necessariam iudicat. Scripturam librorum pro Meinekiana coniectura habuit Duentzerus. — Cod. Par. ποτόν ap. Duebn.

v. 16. Hic versus corruptus esse videtur: nam εὐ quid sibi velit non intelligo. Hiatus non offendit. Vid. Spitzn. Vers. heroic. p. 147. qui praeter cetera exempla hoc habet: II. XVII, 196. παδὶ ὄπασσεν, ubi in eadem versus sede hiatus invenitur ante verbum eiusdem radicis. Funckium video secutum coniecturam Naekii, qui mutavit εὐ in καὶ et αἰσα in αἰσ? Utrumque recepit Duentzerus. Probat Duebnerus p. II. Ad ipsum locum notaverat

haec: Postremo versu non exputo quid sibi velit praepositio εξ: nam Ἀττης καὶ Ὑδριος cum αἰσα iungenda sunt, ut v. 8., et εξοπηδεῖν vereor ut formari unquam potuerit. Etiam hiatus αἰσα διηδεῖ valde displicet.

Restat unus ex iussis laboribus, ad quem per ambages trahi possunt tria, quae sequuntur, fragmenta.

Fr. XXII.

Apollod. Bibl. I, 5, 2.

Τριπτολέμῳ δὲ πρεσβυτέρῳ τῶν Μετανείδας παιδῶν δίρρων ... ὕδωρεν [ἢ Αημήνη] ... Πανάσις δὲ Τριπτόλεμον Ἐλευσίνος λέγει. φησὶ γὰρ Λήμητραν πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. Φερεκύδης δέ φησιν αὐτὸν νῦν Ὡμεανοῦ καὶ Γῆς.

De Triptolemi parentibus cf. Paus. I, 14, 2. (2. 3.), qui de Eleusine patre tacet; Funkii Lexic. Real. v. Triptolemos. Conditor Eleusinis urbis ab Hygin. fab. 275. Eleusinus appellatur, eodem nomine fab. 147. Triptolemi pater, ad quem Cererem devenisse Hyginus ait. Urbis conditor apud Gracos Ἐλευσίς ('Ἐλευσίνη) vocatur, ut ap. Paus. I, 38, 7. qui habet genitivum Ἐλευσῖνος. Haec genealogia sine dubio apud Panyasim primum inventitur.

Hoc fragmentum ad antecedentia annexum volui propter Apollodorum, qui II, 5, 12. dicit: μέλλων οὖν (δὲ Ἡρακλῆς) ἐπὶ τοῦτον (Κέρβερον) ἀπέναι ἥλθε πόδες Εὑμολπον πρὸς Ἐλευσίνα βούλόμενος μνηθῆναι. Si utrumque Panyasis coniunxit, origines Eleusinis attigisset. Sed res admodum dubia est, cum Hercules mysteriis initiatus ante Euripid. Herc. fur. 613. apud neminem invenitur. Vid. Vogel. in Encycl. n. 182.

Fr. XXIII.

Pausan. X, 29, 4. (9.) Polygnoti pictura Orci in Lesche Delphica describitur.

Κατωτέρῳ δὲ τοῦ Ὁδυσσέως ἐπὶ θρόνων καθεζόμενοι, Θησεὺς μὲν τὰ ξίφη, τὸ τε Πειρίθον καὶ τὸ ἔαντοῦ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέρας ἔχει, δὲ δὲ ἐς τὰ ξίφη βλέποντας ἐστὶν δὲ Πειρίθους. εἰκάσαις ἀν ἄχθεσθαι τοῖς ξίφεσιν αὐτὸν ὡς ἀχρεοῖς καὶ ὄφελός σφισιν οὐ γεγενημένους δὲ τὰ τολμήματα. Πανάσις δὲ ἐποίησεν, ὡς Θησεὺς καὶ Πειρίθους ἐπὶ τῶν θρόνων παράσχοιτο σχῆμα οὐ κατὰ δεσμώτας, προσφνὲς δὲ ἀπὸ τοῦ χρωτὸς ἀπὸ δεσμῶν σφισιν ἐφη τὴν πέτραν.

Theseus et Pirithous poenas luebant in Orcō, quod Proserpinam abducturi fuerant. Secundum vulgarem fabulam devincti erant. Cf. Apoll. I. a. 5, 12. Hoc fortasse referri potest ad Minyadēm carmen apud Paus. X, 28, 1. (2.), quam poesim etiam hoc loco Polygnotum sequi credi potest. Longius progressus est Panyasis, qui eos non alligatos ad solia fecit, sed saxum corporibus quasi agnatum pro vinculis adhaesisse dicit. Iam quaeri potest, qua occasione Panyasis in carmine suo Orcum descripsérít. De Necyia quadam ampliore non videtur cogitari posse propter eiusdem Pausaniae verba c. 28, 4 (7.). ἢ δὲ Ὄμηρον ποίησις ἐς Ὁδυσσέα καὶ ἡ Μίνας τε καλογενῆ καὶ οἱ Νόστοι (μνῆμη γὰρ δὴ ἐν ταύταις καὶ Ἀιδον καὶ τῶν ἔκει δειμάτων ἐστιν) ισσασιν οὐδένα Εὐρύομον δαίμονα. Heracleas carmina non numerat in iis carminibus, in quibus sit Orcus uberior descriptus. Funckius quidem p. 70. singularem

Necyiam in Panyasidis carmine fuisse opinatur. Debemus igitur aliam occasionem quaerere. Secundum vulgarem fabulam apud Apollodorum l. a. Hercules Theseum et Pirithoum in Orco invenit, cum, ut Cerberum arcesseret, illuc descendisset. Cerberum protahere iam apud Homerum II. VIII, 367 sq. Od. XI, 623. Hercules iussus est: qui labor unus est, quem Homerus nominatim profert.

Fr. XXIV.

Prob. ad Virg. Eclog. II, 24.

Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuvius Iovis ex Antiopa, Nyctei filia, ait natos cantando potuisse (coluisse Schneidew.) armenta vocare. Testantur id Thebae, quas Apollonius in Argonauticis a fratribus antedictis muro esse clausas ait: sed Zethus humeris saxa contulit operi, Amphion cantu vocavit, si quidem sensus animalium facilius quam saxa vincuntur. Panniasis (Pannyasis, Pamnyasis, Panocus) et Alexander lyram a Mercurio muneri datam dicit, quod primus Cynaram (sic) liberaverit.

In his id quod Probus de Panyaside dicit, mihi quidem inexplicabile est. Amphionem lyra donatum esse a Mercurio iam Eumelus, poeta Europiae, auctor est. Paus. IX, 5, 4 (8.) ὁ δὲ τὰ ἔπη ἐς Εὐρώπην ποιήσας φησιν Ἀμφίονα χρήσασθαι λίρᾳ πρῶτον Ἐρμοῦ διδάξαντος. Cf. Apollod. III, 5, 5. Deinde ad Moeronom Byzantium provocat, quae caussam muneris significaverit. Μνῳὸ δὲ Βυζαντία ποιήσασα ἔπη καὶ ἐλεγεῖαι Ἐρμῆ βιωμόν φησιν ἰδούσασθαι πρῶτον Ἀμφίονα καὶ ἐπὶ τούτῳ λύραν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν. Mythographus Vatic. alter c. 74. p. 100, 6. ed. Bod. ap. Duebn.: Quorum Zethus rusticus, Amphion vero, lyra a Mercurio promerita, musicae extitit peritus. Mirum videri debet, quod Pausanias, qui Panyasidis carmen sine ulla dubitatione ipse legerit, non hoc potius teste, quam Moerone uti voluit, praesertim cum consulto causam muneris videatur quaevisisse. Non temere credere possumus, Pausaniam id ignorasse, quod Probo erat natum. At Probus duo habet auctores, praeter Panyasim Alexandrum nescio quem. Intricior etiam causa est, quod (Amphion) primus Cynaram liberaverit. Quid est Cynara, homo an urbs? Facile de Antiopa Euripidea cogites, quam fratres ex Dircae manibus eripuerint. Cf. Hygin. fab. 8. Schol. Apoll. Rh. IV, 1090. Propert. IV, 14 (III, 15). — Suid. v. Ἀντίόπη. Sed nihil consequare, sive immutes nomen, sive mutationem nominis a poeta profectam esse opinere: nam apud omnes duo fratres matrem liberant. Schneidewinus, qui Coniectt. crit. p. 157. sq. hoc fragmentum tractat, ad Propertium l. a. provocat et ex vv. 29. 30.

Et durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem

Experta est stabulis mater abacta suis,

sibi persuadet, probare se posse, Amphionem prius servasse matrem. Sed neque versum illum bene intellexisse videtur, neque totam elegiam perlegisse. Idem Schneidewinus init viam explicandi satis spinosam. An forte, inquit, quod liberandi verbum ex Panyasidis narratione duxit Probus, arguit, Panyasidem τὴν λύραν a Mercurio acceptam dictam narrare ab eo q. e. λύσασθαι? Vide quae dixi in

Eustathii Pindarica p. 26. Euripides certe in Antiopa illud veriloquium exhibuerat, v. supra p. 107. [Ἄνηρ βοῶν γάρ δύσις ἔξεινσατο sc. Ερμῆς.] Tumne Probus easdem argutias in Alexandrum, quem Schneidewinus Aetolum illum esse putat, transtulit? Quoties ipse de hoc loco cogitavi, semper mihi in mentem venit Hyria, patria gentis Amphioneae. Ibi Antiopa educata est. Vid. O. Mueller. Orchom. p. 99. 227. sqq. Nycteus, Amphionis pater, postea Thebis regnabat. Cogitari potest, Hyriam amissam esse et Amphionem primum sedem gentiliciam ab hostibus liberasse. Illud quod primus conferri potest cum Homericō Od. XI, 263. Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε, Οἱ πρῶτοι Θήβης ἔδος ἐπιτισαν ἐπιταπίλοιο. Tum Panyasis Amphioni posthabuisse Zethum, quod etiam Iphiclo accidit p̄a Hercule, Castori p̄a Polluce. Sed desunt testimonia. Confitendum est igitur, nescire nos, quid a Proba significetur. Item incertum est, qua occasione Panyasis Amphionem commemoraverit. Fortasse etiam in nominando Amphione in iis, quos apud inferos Hercules luentes invenit, Panyasis cum Prodico, poeta Minyadis, consentit. Certe in illo carmino apud Paus. IX, 5, 4. (8.) Amphion in Orco poenas solvit: Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐν Ἀιδου δίκην δίδωσιν δὲ Ἀμφίων ὡν ἐς Αἰγαὶ τοὺς παῖδας καὶ αὐτὸς ἀπέδηψε· κατὰ δὲ τὴν τιμωρίαν τοῦ Ἀμφίωνος ἐστι ποιήσεως Μινυάδος, ἔχει δὲ ἐς Ἀμφίωνα κοινῶς καὶ ἐς τὸν Θρῆνον Θάμνον. Negari quidem non potest, Probi verbis rem potius laude quam poena dignum iudicari. Ex loco, ubi posuit hoc fragmentum Duebnerus, colligi potest, illum malle id referre ad Ionica, quam ad Heracleam. Posuit enim fragmenta omnia deinceps, quae aut ab aliis aut ab ipso partes Ionicorum esse creduntur Fr. XXII. XIII. XIV. XII: quibus ultimo loco totius collectionis hoc ipsum XXIV. adiunxit.

Ex Orco reversus Hercules fit insanus, cuius insaniae tragicos poetas esse auctores affirmat Vogelius p. 63. Herculis funesta, inquit, et exitiosa vesania omnino a tragicis poetis inventa res est, et ab iis post redditionem ex inferis posita. Sed tragicis una vesania satis erat. Iam vero, cum liberorum imperfectio iuxta atque Iphiti caedes maximam immanitatem ostenderet, postea hanc utramque rem a vesania repetrere historicis placuit, ex quibus Herodotus facile primus est, qui duplice vesaniam statuerit, in quo secutus est Apollodorus. II, 4, 12. 6, 2. De insania nihil directis verbis ex Panyasidis carmine assertur. Sed, ut fragmentum, in quo de caede liberorum agatur, huc inseramus, hoc loco tragicorum rationem sequamur.

Fr. XXV.

Paus. IX, 11, 1. (2.)

²Ἐπιδεικνύοντι δὲ [οἱ Θηβαῖοι] Ἡρακλέοντας τῶν παίδων τῶν ἐξ Μεγάρας μνῆμα, οὐδέν τι ἄλλοις [ὅμοιοις Vulg.] τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες ἢ Στησίχορος δὲ Ιμεραῖος καὶ Πανύαστις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν. Θηβαῖοι δὲ καὶ τάδε ἐπιλέγοντιν, ὡς Ἡρακλῆς ὑπὸ τῆς μανίας καὶ Ἀμφίτριωνα ἐμέλλεν ἀποκτιννύναι, πρότερον δὲ ἄρα ὥτος ἐπέλασθεν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ λίθου τῆς πληγῆς. Ἀθηνᾶν δὲ εἶναι τὴν ἐπαρεῖσάν οἱ τὸν λίθον τοῦτον ὄντινα Σωφρονιστῆρα ὀνομάζουσιν.

Pausanias his verbis nihil dicit nisi famam de caede liberorum apud Thebanos ex parte non diversam esse ab ea, quam Stesichorus et Panyasis carminibus tradiderint. Sed ex verbis ἐπιλέγοντις καὶ concludi potest, Stesichorum et Panyasim Herculis scelus non ex insania deduxisse. Uterque fortasse antiquorem fabulam secutus est, in qua Hercules nonnunquam dirus et immanis apparebat, velut apud Homerum Od. XXI, 25 sqq., ubi Homerus summa cum indignatione Iphitum refert ab hospite Hercule contra ius fasque trucidatum esse. Huius nefasti sceleris caussam posteriores in Herculis insaniam invenerunt. Eodem modo excusarunt caudem liberorum. Rationem qua occiderit liberos alii aliter produnt. Locos indicavit Vogel. in Encycl. n. 64. 199.

Propter immanitatem animi Hercules nondum erat dignus, qui libertate uteretur. In posteriore fabula ob caudem in Iphito editam Hercules iussu Apollinis Delphici Omphalae, reginae Lydiae, venditur. Caremus quidem certis testimoniosis vel de causa servitutis vel de servitute apud Omphalen lata: sed quinque, quae sequuntur fragmenta fieri potest ut cum altera Herculis servitute coniungi possint.

Fr. XXVI.

Paus. X, 8, 5. (9.)

"Ἐστιν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας ... δοῦναι δὲ τὸ ὄνομα τῇ πηγῇ γυναικαὶ λέγοντις ἐπιχωρίαν, οἱ δὲ ἄγδας Καστάλιον. Πανίστις δὲ Πολνάρχον πεποιηκὼς ἐς Ἡρακλέα ἐπει θυγατέρα Ἀχελώου τὴν Κασταλίαν φησίν εἶναι λέγει γὰρ δὴ περὶ τοῦ Ἡρακλέους

Παρηγησὸν νηφόεντα θεοῖς διὰ ποστὶ περήσσας
τινετο Κασταλίας Ἀχελώιδος ἀμβροτον ὕδωρ.

v. 1. πάρηγησον Cod. Vindeb, alter. (Vb). πάρηγησον cod. Neapol. Lugdun. alt. (NLb); in hoc alterum σ supra vers. πάρηγησον Lugdun. pr. (La): notandus est accentus; geminant σ reliqui. WALZ. Restitui Παρηγησόν. cf. quae supra p. 6. de his formis disputavi. — νηφόεντα Vindeb. alt. (Vb.) νηφόντα cod. Ald. (A.) νηφόεντα Lugd. pr. (La.) — θεοῖς Vindeb. alt. (Vb.) — ποστὶ Vindeb. pr. Lugd. pr. (Va La.)

v. 2. κασταλίης Lugd. pr. (La.) — ἀμβροτον Lugd. alt. (Lb.).

Panyasis singularem famam hoc quoque loco secutus videtur esse, cum Castaliam dicit filiam Acheloi. Ut intelligatur, quomodo fieri potuerit, ut Castalia, fons templo Delphico vicinus, Acheloi filia crederetur, id cogitari potest, quod Scholl. II. XXIV, 616. de Acheloo dicunt: ἀπὸ τοῦ Ἀχελώου ποταμοῦ τοῦ ἐν Αιτολίᾳ, ὃς ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ ἄχη λίεν. Apud alias Acheloi filiae aut ex Melpomene aut ex Sterope sunt Sirenes. Cf. Apollod. I, 3, 4, 7, 11. Hygin. fab. 141. Apoll. Rhod. IV, 896. Tzetz. in Lycoph. 611. sqq. Alteram Acheloiden Herm. Opusc. II, 301. mutans Ἀπολλωνίδα, unam de tribus Musis iisdemque sororibus Apollinis apud Eumelum in Tzetz. Proleg. Hes. p. 23. Gaisf. in Ἀχελώιδα Eumelo tribuit. Cum Muellero Dor. I, p. 436. n. 4. hoc fragmentum refero ad Herculem expiandi alicuius sceleris caussa Delphos petentem, quamquam non de insania cum Muellero cogitandum videtur. Funckius posuit in initio primi libri.

Fr. XXVII.

Clem. Alex. Protr. II, 35. Kl. p. 10. Sylb. p. 30. Pott.

Ἐλκότως ἄφα οἱ τοιοίδε ὑμῶν θεοὶ δοῦλοι παθῶν γεγονότες, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Εὐάτων καλούμενων τῶν παρὰ Λακεδαιμονίους δούλειον ὑπεισῆλθε ἐνγόν 'Απόλλων 'Αδητῷ ἐν Φεραῖς,
 'Ηρακλῆς ἐν Σάρδεσιν 'Ομφάλῃ, Λαομέδοντι δὲ ἐθήτενε Ποσειδῶν καὶ 'Απόλλων, καθάπερ
 ἀχρεῖος οὐκέτης, μηδὲ ἔλευθερίας δήποτεν δυνηθεὶς τυχεῖν παρὰ τοῦ προτέρου δεσπότου· τότε
 καὶ τὰ Ἰλίου τείχη ἀνφορδομησάτην τῷ Φρονγί... Πανύασσις γὰρ πρὸς τούτοις καὶ ἄλλονς παμπόλ-
 λοντος ἀνθρώποις λατρεῦσαι θεοὺς ἴστορεῖ, ὡδὲ πως γράφων.

Τῇ μὲν Αημήτῃ, τῇ δὲ κλινίδες 'Αμφιγήνηεις,
 τῇ δὲ Ποσειδάνων, τῇ δὲ ἀργυρότοξος 'Απόλλων
 ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευέμεν εἰς ἐνιαυτόν
 τῇ δὲ καὶ δμβριμόθυμος" Λογεῖς ὑπὸ πάτρος ἀνάγνη.
 καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις.

v. 3. apud Clementem legitur θητευσέμεν, de quo Sylburgius dicit: accipendum pro aor. θητεῦσαι, aut praesenti tempore θητεύμεν. Muellerus Dor. I, p. 437. n. perperam ex Il. XXI, 444. legi vult θητεύσαμεν. Legendum est θητεύμεν, quod iam Sylburgius in animo habuit. Secuti sunt reliqui. De forma conferri potest Od. XVIII, 357. ἐθέλοις θητεύμεν, de significatione Schol. Od. IV, 644: θῆτες λέγονται οἱ ἐλεύθεροι μὲν, μισθῷ δὲ δονλεύοντες. De toto loco cf. Il. V, 382. sqq. qui quidem locus potuit Panyasidi obversari animo, non, ut Barnesius ad Eur. Alc. init. putat, petitus est ab Panyaside. Quid sit θητεύειν εἰς ἐνιαυτόν docet Mueller. Orchom. p. 218. sqq. cl. Prolegg. ad Myth. p. 304.

v. 4. ἀνάγνη ex conjectura Duentzeri in Jahn. Annal. Suppl. V, 2, p. 205. et Duebneri p. 18a. cl. p. II. Libri exhibit ἀνάγνης. — δμβριμόθυμος scripsi pro δμβριμόθυμος, quod vulgo legitur. Cf. Goettling. ad Her. Th. 140. et ad eundem locum Herm. Op. VI, 2. p. 163.

Clemens ut Graecorum deos demonstraret miseros esse, eos divinitate amissa serviles conditiones passos esse ait. Ipse exempla Apollinis, Herculis, Neptuni affert, deinde ad Panyasim provocat, qui plura commemoret. Ceres aliquamdiu nutrix erat, cf. Apollod. I, 5, 1. Hygin. fab. 147. alii. Vulcanus vivebat inter agrestes Sinties, cf. Il. I, 594. aut apud Erynomen et Thetidem novem annos Il. XVIII, 400. sqq. Quamquam in neutro loco de iusto servitio sermo est, tamen Vulcanus invitus sive apud homines sive apud nymphas commorabatur. De Neptuno atque Apolline Laomedonti servantibus cf. Il. VII, 452. sq. XXI, 441. sqq. Mars per tredecim menses vitam in carcere trahebat miserrimam ab Oto et Ephialta vinctus. Cf. Il. V, 385. sqq.

Ex Clementis verbis appetat, hos versus non facile potuisse alio loco legi, nisi quo Hercules serviturus erat Omphalae. Itaque prorsus cum Muellero Dor. I, p. 437. facio, qui solatii caussa iudicat eos ad heroem directos fuisse. Fortasse sunt Mercurii, qui Herculem vendit: cf. Schol. Il. XXI, 22., Hyg. fab. 32; aut Minervae, deae tutelaris Herculis, cf. Hom. Il. VIII, 365. De utroque Od. XI, 626. Funckius p. 66. sq. vix id quod Clemens vult

diligenter perpenderit, cum hoc fragmentum annexit ei, quo Iuno ab Hercule sautiata Fr. XXXIII. XXXIV. memoratur et cum Heynio ad Apoll. II, 7, 3. ita interpretatur, ut solatio sit Iunoni, quod, ut Funckius vult, a Iove sit profectum. Ecksteinus et Duebnerus consentiunt Muellero. Bodius in initio carminis ponendum esse opinatur.

Fr. XXVIII.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 1149. Well.

*Αιγαῖος, ποταμὸς περὶ Κερνύδαν. Τούτον θνητὴν Μελίτη· ἡς καὶ Ἡρακλέους Ὑλλος.
Ἄφ' οὐ ἔθνος Ὑλλεῖς· καὶ Ὑλλικὸς λιμὴν παρὰ Φαιάξι. Πανίαστις (Πανίαστις Vulg. Πάνταστις Par.) δέ φησιν, ἐν Λυδίᾳ νοσήσαντα (νοστήσαντα Vulg.) Ἡρακλέα τυχεῖν λάσεως (σωτηρίας Par.) ὑπὸ Ὑλλον τοῦ ποταμοῦ, ὃς ἐστι τῆς Λυδίας. διὸ καὶ τοὺς δύο νίοντας αὐτοῦ Ὑλλον δυομασθῆνατ.*

Fr. XXIX.

Schol. Vict. Hom. XXIV, 616.

Νυμφάν, εἴτ' ἀμφ' Ἀχελῷον] τινὲς ἀμφ' Ἀχελήσιον· ποταμὸς δὲ Λυδίας, ἐξ οὐ πληροῦνται Ὑλλος. καὶ Ἡρακλέος νοσήσαντος ἐπὶ τῶν τόπων, ἀναδόντων αὐτῷ θερμὰ λοντρὰ τῶν ποταμῶν, τοὺς παῖδας Ὑλλον ἐκάλεσε καὶ τὸν ἐξ Ομφάλης Ἀχελητα, δις Λυδῶν ἐβασίλευεν. εἰσὶ δὲ καὶ

νύμφαι Ἀχελήτιδες

ὧς φησι Πανίαστις (scriptura Codd. est Ἀχαλήτιδες).

Coniungimus haec duo fragmenta, quia eodem spectant. Quod in iis traditur, aliunde non satis scimus. Vulgaris fabula est, Herculem ob Iphiti necem gravi morbo corruptum Pythiam de fine morbi consuluisse responsumque tulisse, illum post novam servitutem finitum esse. Cf. Apoll. II, 6, 2. extr. 4. init. Hanc famam Panyasis non est secutus: nam Hercules apud eum ab Hyppo, fluvio Lydiae, sanatur. De hoc fluvio vid. Spitzner. ad II. XX, 392. In Schol. Hom. ratio sanandi commemoratur, quae res non videtur ad Panyasim referenda esse. Neque de duobus filiis Hyllis ab Hyppo fluvio nominatis aliunde comperti quid habemus. Hercules permultos habuit filios, in quibus etiam Hylli numerantur. Notissimus idemque clarissimus est Deianirae filius Hyllus, praeter quem Schol. Apoll. eodem nomine filium Melites nominat. Priorem commemorat Apollodorus II, 7, 8. in catalogo filiorum Herculis, ubi idem Herculis filio ex Omphale genito nomen Archelao imponit, quem eundem Schol. Vict. Achetelem vocat. Tertium Hyllum apud Ephorum (Steph. Byz. v. Ἀνυάν) inveniri dicit Vogel. p. 65. Eundem, quem Schol. Hom., commemorat Paus. I, 35, 6. (8.) extr. οἱ τῶν Λυδῶν ἔσηγγται... ἐδεῖνον... ὅς... παῖς δὲ Ὑλλος εἶη Γῆς, ἀπὸ τούτου δὲ ὁ ποταμὸς ὀνομάσθη. Ἡρακλέα δὲ διὰ τὴν παρ' Ὁμφάλη ποτὲ ἐφασαν δίαιταν Ὑλλον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καλέσαι τὸν παῖδα. Sine dubio hic Hyllus idem est, atque is qui commemoratur in Schol. Hom. idemque alter de duabus, quorum mentionem facit Schol. Apoll. Sed nullus neque Schol. Hom. neque Schol. Apoll.

neque Pausan. matrem significavit. Ex Pausaniae verbis potius concludas, Omphalen non fuisse matrem alicuius Hylli. De Herculis filiis cf. Galii nott. ad Apoll. p. 58. Heyn. Observ. p. 198. sqq. Munck. Hygin. fab. 162. Vogel. in Encycl. n. 218.

Pro nomine Ἀχελήτιδες scribendum est Ἀχελήτιδες aut fortasse Ἀκελήτιδες. Vid. Steph. Byz.: Ἀκέλη, πόλις Αυάς. Οἱ πολῖται Ἀκελῆτες, τὸ θηλυκὸν Ἀκελῆτις. Εοικε δὲ λέγεσθαι ἀπὸ Ἀκέλου τοῦ Ἡρακλέους καὶ Μαλίδος παιδός, δούλης τῆς Ὁμηρίδος. Formam Ἀκελήτιδες agnoscit Duebnerus in Indice. Ad hunc ille locum post Stephanii verba addit: De fluvio Ἀκέλης loci grammaticorum in HSt. Thes. Paris. p. 1181, A. Funckius ex Acheletidibus balneatrices facit. Idem se putat matres Hyllorum detexisse: alterius matrem esse Omphalen, alterius servam Iardani. Bodius et Ecksteinius prorsus falsa produnt.

Ceterum inter scriptores, qui Herculem apud Omphalen commorantem fecerunt sine dubio Panyasis primus est: nam Aeschyli Orestia et Sophoclis Trachiniae post Panyasidis carmen editum agebantur.

Fr. XXXa.

Schol. II. I, 591. Bachm.

ἀπὸ βῃλοῦ] βῃλός ἐστιν δὲ ἀνωτάτῳ τόπος τοῦ οὐρανοῦ. ἀπὸ γὰρ τοῦ βεβηκένται τοὺς θεοὺς ἐν αὐτῷ καὶ τοὺς ἀστέρας κεῖθι βαίνειν εἰρηται. ... κοινῶς δὲ σημαίνει δὲ βῃλός τὸν οὐδὸν τῆς θύρας, ἥτιν τὴν φλάμν... εἰρηται δὲ βῃλά ἀπὸ τοῦ βαίνεσθαι, ὡς καὶ δόδος ἀπὸ τοῦ ὄδεύεσθαι. καὶ Παννάσις δὲ τὰ πεδία βῃλά (sic) λέγει. Id. Bekk. βῃλα Villois. Apud Wassenberghium Παννάσις... βίολα cod. Leid., Παννάσιος... βίολα Amstel. Paris., Παννάσις... βῃλα Ven. Lips.

Fr. XXXb.

Etymol. M. v. βῃλός 196, 34.

Βῃλός, βαθύς θύρας.... καὶ δὲ Παννάσις δὲ τὰ πεδία (corr. πεδία) βίολα λέγει. Suidas, Zonaras, Grammaticus in Bachmann. Anecd. Vol. I. p. 179, 27. v. βίολα dicunt sed sine nomine Panyasidis: Βίολα, πεδία, ὑποδήματα.

Tres sunt formae eius vocabuli traditae, quo Panyasis pro vocabulo πεδία usus esse dicitur: βαίολα, βίολα, βῃλά sive βῃλά. Mediam formam probarunt Hemsterhusius ad Suid. Barker. ad Etym. M. p. 788. et Schol. MS. ap. Valcken. Dissert. de Schol. Hom. ined. p. 122. Βῃλά pro vero acceperunt Heynius ad Hom. Vol. IV. p. 169. et qui Thesaurum Stephanianum Londini ediderunt, et Mueller. Dor. II. p. 472. et Funckius p. 22. sq. Βῃλά praferunt Passovius et Iacobitzius in Lexicis, Duentz. Duebn. G. Dindorf in H. Steph. Thes. Par. I. Bekkerus dubium reliquit, quomodo scribi malit βῃλα an βῃλά. Posuit in Indice βῃλός, βῃλά. Originatio si respicitur non potest nisi BHAA probari: nam nomina derivativa in οἶος non existant. Cadunt enim substantiva derivativa in ἴος aut in ἴος aut in ἄος aut in εἴος. BHAA autem et πεδία eandem sequuntur rationem. Solet eiusmodi vocabulorum, quae non ad-

sciscunt coniunctionis vocalem, syllaba antepenultima aut propter vocalem aut propter consonantes produci, ut πέδιλον, εῖδολον, θέμεθλον; **ΒΗΛΑ**, ut ςάλον, αῆλον, ναιῦλον, φῦλον: θύσαθλον, χύτλον. Neutra autem secundae declinationis non admittunt in ultima syllaba accentum, paucis exceptis. Itaque scribi necesse esset βῆλα. Sed hoc duceret ad numerum singularem βῆλον, qui non est*). Pertinet vox sine dubio ad pluralia heterogenea, quae accentum in eadem syllaba servant, qua singularia, et conferri potest cum his vocibus: (δρός) δρῖα; ςέλευθρος ςέλευθρα; κόρυμβος κόρυμβα; κίνκος κίνκα; λίχνος λίχνα; πέλανος πέλανα; πέληλα. Propius ad ipsum vocabulum accedunt: δεσμός δεσμά; δρυμός δρυμά; θεσμός θεσμά; λός λά; πλοιός πλοιά; σταθμός σταθμά. Non puto quemquam oppositum μῆλα.

Substantiva in λός et λόν excentia plerumque rem indicant, quam solemus concretam appellare. Si βῆλος locus est, in quo quis incedit: βῆλά, si sunt πέδιλα, significant instrumenta, cum quibus quis incedit, i. e. soleas. De significatione optime conferri possunt κίνκος et κίνκα: ille est gyrus, haec sunt quibus gyrus conficitur i. e. rotae. Hoc si est, scribendum censeo apud Panyasim βῆλά.

Hoc fragmentum propterea in hunc locum transtuli, quia quo in alio loco ponam nescio. **Βῆλά** pro πέδιλοις sunt singularia, quae si ad Herculem pertinent, sine dubio ad singularem conditionem spectant. Neque enim veri simile est, Panyasim ubiubi πέδιλα nominanda essent, semper βῆλά dixisse. Postiores poetae Herculis commemorationem apud Omphalen valde exornarunt, maxime quod attinet ad eius vestimentum. Fortasse apud priores huius rei levia quaedam vestigia animadverterunt, quae suo more graviter imprimebant. Certe ad solitum vestitum, h. e. ad pellem leoninam et clavam, non bene videtur quadrare calceamentum. Funckius p. 20 sqq. cum pelle leonina et clava coniungit sandalia.

Servitute liberatus Hercules in Graeciam revertit et non amplius contra bestias immanes et monstra, sed contra heroes et daemones et ipsos deos pugnavit.

Fr. XXXI.

Steph. Byzant. v. *Ἄσπις*. Westerm.

*"Ἀσπις, πόλις... ἀρωτήριον... νῆσος... ἔστι καὶ πέραν Ηίσσης, ὡς Πανίασις ἐν Ἡρα-
κλείας ἐνδεκέντη.*

Pisa fuit urbs Elidis, ab Eleis ita diruta, ut postea nunquam restitueretur. Prope Olympiam fuisse creditur. Vicina fuit Aspis. Quia Herculem Olympia ludos Elide eversa instituisse vel restaurasse ferunt cf. Paus. VIII, 28, 1. cl. V, 8, 2. (3.), Apollod. II, 7, 2. extr. Muellerus Dor. II, p. 474. non est remotus ab opinione, has urbes a Panyaside memoratas esse, ubi ludos Olympicos ab Hercule institutos poeta describeret. Sed neque hic locus neque ille Stesichoreus ap. Strab. VIII. p. 356. Στησίχορος δὲ παλεῖ πόλιν τὴν χώραν Ηίσαν λεγομένην, quem Muellerus eodem modo interpretatur, eam opinionem potest reddere probabilem.

* Phav. Lex. 1438, 9. Bas. agnoscit formam: Παραπέτασμα, παραπάνυμα, παράπλωμα, τὸ λεγόμενον βῆλον.
Παραπετάσμασι, ταῖς σπηναῖς, τοῖς περσινοῖς βῆλοις ἢ βῆλοθύραις.

Fr. XXXII.

Clem. Alexand. Protr. II, 36. Kl. p. 10. Sylb. p. 31. Pott.

*Τούτοις οὖν εἰκόνως ἔλεγαι τοὺς ἐρωτικὸς ὑμῶν καὶ παθητικὸς τούτους θεοὺς ἀνθρώπα-
θεῖς ἐν παντὶ εἰσάγειν τῷ πόλον. καὶ γὰρ ἔην κείνοις θυητὸς λόγος. τεμηροῖ δὲ "Ομῆδος μέλα
ἄσφιβος Ἀρροδίην ἐπὶ τῷ τρανόματι παρεισάγων δῆδε καὶ μέγα λάχουσαν, αὐτόν τε τὸν πολεμι-
κόταν "Αρη ὑπὸ Διομήδονς κατὰ τοῦ πεντοῦσος ὀντασμένον διηγούμενος. Πολέμων δὲ καὶ τὴν
Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὁργύτον τραυθῆναι λέγει· καὶ μήτε καὶ τὸν Ἀΐδωνέα ὑπὸ Ἡρακλέοντος τοξευθῆναι
Ομῆδος λέγει καὶ τὸν Ἡλεῖον Αὐγέαν Παγάσσοις ἴστορει.*

Hunc locum plerique sunt ita interpretati, ut iam a Panyaside id tractatum fuisse putent, quod de Hercule Erythiam tendente Apollodorus prodit II, 5, 10. Θεματιόμενος δὲ ὑπὸ ἡλίου κατὰ τὴν πορείαν, τὸ τόξον ἐπὶ τὸν θεὸν ἐνέτεινεν. δὲ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ θαυμάσας χρύσεον ἔδωκε δέπτας, ἐν φέρετρῳ διεπέρασε καὶ παραγενόμενος εἰς Ἐρύθειαν ἐν ὅρει Ἀσβαντὶ αὐλέζεται et Pherecydes ap. Ath. XI. p. 470 C.: 'Ο δέ Ἡρακλῆς ἔλεγε ἐπ' αὐτὸν τὸ τόξον ὡς βαλῶν, καὶ δὲ Ἡλιος παύσασθαι κελένει, δὲ δέπτας παύεται. Ἡλιος δὲ ἀντὶ τούτον δίδωσιν αὐτῷ τὸ δέπτας τὸ χρύσεον... ἐπειτα πορεύεται δέ Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπται τούτῳ εἰς τὴν Ἐρύθειαν. Sed ei interpretationi verba prorsus resistunt. Primum enim apud Pherecydem Apollodorumque Hercules in Solem arcum tantummodo intendit, quasi telis petiturus esset: contra apud Panyasim Solem, si est Sol, non modo telis petiturus erat, sed etiam, ut Clementis verba docent, re vera vulneravit. Deinde quod maximum est, a Clemente Sol non commemoratur. Sed cum semel putaretur, oportere de Sole dici, renitentia verba in se admittere emendationes cogebantur. Potterus dicit: τὸν Ἡλεῖον Αὐγέαν τὸν ἡλίον Αὐγέαν Nov. [i. e. omnium optimus codex Bibl. Novi ap. Oxon. Colleg.]. Utrumque tolerari potest. Erat enim Augeas Eleus et Solis filius. Sed cur Augeam inter Deos memoret, ratio non liquet. Legendum potius τὰς ἡλίους αὐγάς. Herculem enim iratum ferunt sagittis suis solem ipsum percussisse (!) Apoll. Bibl. 2, c. 10. Quod ignorans scriptor aliquis in poeticis fabulis minus versatus τὸν Ἡλίον vel Ἡλεῖον Αὐγέαν substituisse videtur. Heynius ad Apoll. emendavit τὸν Ἡλιον αὐτόν, quod Muellero Dor. I. p. 425. n. 4. probatur. Funckius p. 26. consentit, sed invitus quidem. Duentzer. electo Augea scribit τὸν Ἡλιον. Schneidewinus usus est conjectura τὸν Ἡλεῖον, ut sit Solis filius. De sententia consentit Duebnerus Pottero. Sed abstinendum est ulla conjectura, cum iam dixi, nihil esse, immo multum abesse, quin cum Pherecyde Panyasis propter diversitatem sententiarum consocietur. Restituendum est ex Cod. Nov. Colleg. τὸν Ἡλίον Αὐγέαν. Augeas igitur Solis filius appellatur et ob eum ortum eodem iure in deorum societate a Clemente memorari poterat, quo idem Clemens Iovis filium Herculem supra Fr. XXVII. cum Apolline et Neptuno coniunxit. Sed verior Clementis ratio elucebit, si eius scholiastam (Vol. IV. p. 107. Klotz.) audiveris, qui dicit: Λαίμων τις οὗτος Ἡλεῖος Αὐγέας, ἐναρτίος Ηλούτων. Augeam autem Solis filium esse etiam alii dicunt: Apoll. Rhod. I. 172:

*Bῆ δὲ καὶ Αὐγεῖς, ὃν δὴ φάτις Ἡελίου
ἔμμεναι. Ἡετοῖστ δ' ὅγ² ἀνδράσιν ἐμβασίλευεν.*

Schol. ad locum illum: Οὗτος λόγῳ μὲν ἦν Ἡελίον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ Φόρβαντος... Ἐδόκουν δὲ ἀπτίνες ἀπολάμψειν αὐτοῦ τὸν ὄφθαλμον. Apoll. II, 5, 5. ἦν δὲ Αὐγείας βασιλεὺς Ἡλίδος, ὃς μέν τινες εἶπον, παῖς Ἡελίον, ὃς δέ τινες, Ποσειδῶνος, ὃς δὲ ἔνιοι, Φόρβαντος. Paus. V, 1, 7. (9.) Ἡετοῖν δὲ ἦν Αὐγεῖας· οἱ δὲ ἀποσεμνύνοντες τὰ ἐξ αὐτῶν παραστρέψαντες τοῦ Ἡελίου τὸ ὄνομα Ἡελίον φασὶν Αὐγέαν παιδαῖ εἶναι. Ex his diversis testimoniis apparet, de Augea magnam multitudinem fabularum ore propagatam fuisse, quas postea poetae alii aliter carminibus celebrabant. Omnia autem testimonia in unum redeunt, Augeam habitasse in Elide, cum ab Elidis rege ascendant ad Solis filium. Panyasis sine dubio famam simpliciorem eamque antiquiorem sequitur, quae regem ignorat, deum quendam agnoscit, qui quidem in posteriore fabula ita in Elidis regem transformatus est, ut Pausanias suam opinionem venditare possit. Sed quod Clemens et Schol. produnt, non potest ad rem aliunde notam annecti. Secundum vulgarem fabulam Hercules ab Omphale reversus ulciscebatur Augeam propter mercedem pro stabulis purgatis denegatam. Sed id pertinet ad regem, non ad daemonem. Eum Herculis laborem Panyasis vix noverit. Nam poenas ab Augea repetitas Pindarus et Hecataeus primi memorant. Mercedis retentae Augeam reum facit Pindarus, sed cuius operis mercedem Herculi debuerit, neque apud hunc, neque apud Hecataeum additur. Vid. Vogel. p. 30. qui addit: Ni omnia me fallunt, stabulorum purgatio res est in poetarum bucolicorum tempora reservata. Nihil igitur aliud ex hoc fragmento colligi potest, nisi Herculem cum Augea daemone ita congressum esse, ut eum telis vulneraret. Veri simile videri potest, hoc post Herculis servitium Asiaticum factum esse in Elide. Quid causae fuerit nescio. Item nihil habeo, quid de inimicitiis dicam, quae inter Plutonem et Augeam intercessisse feruntur.

Tractatum est nuperrime hoc fragmentum a Schneidewino Coniectt. crit. p. 156 sq., qui cum locos ipsos non satis inspexisse videatur, sed Funckium sequatur, ipse quoque id ad Solis poculum refert. Sed novam et prorsus inauditam excogitavit explicationem. Dicit: Panyasis Soli ministrum quendam eundemque filium affinxerat: audi Scholia ... Apparet scribendum esse vel τὸν Ἡελίον Αὐγέαν vel τὸν Ἡετοῖν Αὐγέαν, ut Augeam Panyasis tanquam τρυπίαν quendam poculi Solis finxisse videatur. Qui quidem Augeas indolem patris optime refert vel nomine: ut qui ab αὐγαῖς ἥλιον nomen acceperit. Nec hic solis filius et minister a rege Elidendi diversus fuerit ... Cum eo rege plura (!) certamina iniit Hercules ... Eundem esse igitur τὸν Ἡετοῖν Αὐγέαν Panyasidis et regem Ἡετοῖν vel id coarguit, quod Hercules cum Augea Elidensi saepius congressus est idemque ex mente Panyasidis telis suis adortus est Heliacum Augeam. Ceterum cum Nereus Herculi poculum cessisse datur, Panyasis rem ita exornasse videtur, ut vulnerato ab Hercule Augea deus marinus intercederet et poculum a Sole expeditum pacisceretur. Vellem Schneidewinus dixisset quomodo et quem ad finem in Elide Hercules Solis poculum nancisci posset, qui quidem Erythiam vehere vellet.

Fr. XXXIII.

Clem. Alexand. Protrept. II, 36. Kl. p. 10. Sylb. p. 31. Pott. Cf. Fr. XXXII.

"*Ἴδη δὲ τὴν Ἡραν τὴν γυίαν ἵστορεῖ [τοξευθῆναι] ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἡρακλέους ὁ αὐτὸς οὗτος Πανύασσις*
ἐν Πύλῳ ἡμαθέετι.

Fr. XXXIV.

Arnob. Disputt. adv. Gentes IV, 29. p. 142. Cant.

Nonne ille vester est vates, qui Martem fecit et Venerem mortalium manibus vulneratos? Non ex vobis Panyassis unus est, qui ab Hercule Ditem patrem et reginam memorat sauciatam esse Iunonem?

Fr. XXXV.

Schol. Clem. Alex. Protr. II, 36. (Vol. IV. p. 107. Klotz.).

Ἄσιμων τις οὗτος Ἡλεῖος Αὐγέας, ἐναντίος τῷ Πλούτωνι, ὃν καὶ τοξευόμενον ὑπὸ Ἡρακλέους Πανύασσις εἰσάγει.

Haec tria fragmenta pertinent ad praeclarissimam illam apud Pylum pugnam, quam Hercules Elide expugnata secundum fabulam vulgarem contra Neleum eiusque filios edidit. Pylii succurrit Pluto. Cf. Apollod. II, 7, 3., Paus. VI, 25, 3. (2.), contra quem vid. Spitzner. ad II. V, 397. Pro Pylii Mars stetit apud Hes. Sc. 360. Neptunum, Apollinem, Plutonem nominat Pindar. Ol. IX, 45 sqq. Plutonem et Iunonem coniunxit Panyasis, quam postiorem unus et solus habet.

Fr. XXXVIa.

Apoll. Bibl. III, 10, 3. extr.

Καὶ γενόμενος [Ἀσκληπιὸς] χειρονοργιὸς καὶ τὴν τέχνην ἀσκήσας ἐπὶ πολὺ οὐ μόνον ἐκάλνει τινας ἀποθνήσκειν, ἀλλ᾽ ἀνήγειρε καὶ τοὺς ἀποθανόντας ... ἐνδον δὲ τινας λεγομένους ἀναστῆναι ὑπὸ αὐτοῦ Καπανέας καὶ Λυκοῦργον· ὡς δὲ Στησίχορος φησιν, Ἐφιρύλην· Ἰππόλιτον, ὡς ὁ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράψας λέγει· Τυνδάρεων, ὡς φησι Πανύασσις (codd. Heyn.).

Fr. XXXVIb.

Schol. Eurip. Alc. I.

*Ἀπολλόδωρος δέ φησι περιενθῆναι τὸν Ἀσκληπιὸν ἐπὶ τῷ τὸν Ἰππόλιτον ἀναστῆσαι,
 Ἀμελησαγόρας δὲ, ὅτι Γλαῦκον· Πανύασις, ὅτι Τυνδάρεων.*

De Tyndareo in vitam revocato vid. Schol. Pind. Pyth. III, 96. Zenob. Cent. 1, 47. Leutsch in Paroem. I. p. 18. Heyn. Obss. ad Apoll. Quo spectet hoc fragmentum nescio. Huc transtuli propterea quod Apoll. II, 7, 3. Herculem refert eversa Pylo aggressum esse

Lacedaemonii Hippocoontis filios et Hippocoonte occiso eiusque filiis in servitutem redactis urbem regnumque Tyndareo tradidisse. Iam praeivit Muellerus Dor. II. p. 474., secuti sunt reliqui.

Ultima expeditio, quam Hercules ante apotheosim suam suscepit, ab Apollodoro ea recensetur, qua id agebat, ut in Eurytum, Oechaliae regem, animadverteret. Eam a Panyaside quoque tractatam esse pro certo habemus.

Fr. XXXVII.

Clem. Alex. Strom. VI, 2, 25. Kl. 266. Sylb. 751. Pott.

Ἄλ μὲν οὖν ἰδέει τῆς πατὰ διάνοιαν Ἐλληνικῆς ψλοπῆς εἰς ὑπόδειγμα ἐναργὲς τῷ διορᾶν δυναμένῳ τοῖαιδε οὐσαι ἀλις ἔστωσαν, ἥδη δὲ οὐ τὰς διανοίας μόνον καὶ λέξεις ὑφελόμενοι καὶ παραφράσαντες ἐφωράθησαν, ὡς δαιχθήσεται, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ φωρία ἄντειχον δὲ δύσκληρα ἔχοντες διελεγχθήσονται· αὐτοτελῶς γὰρ τὰ ἔτερων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, καθάπερ Ἔνγάμους ὁ Κυρηναῖος ἐξ Μονσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον δὲ δύσκληρον καὶ Πείσανδρος Καμειρεὺς Πισίνον τοῦ Διοδίου τὴν Ἱράκλειαν, Παγύασις τε ὁ Ἀλικαρνασσεὺς παρὰ Κλεοφύλον τοῦ Σαμίου τὴν Οἰχαλίας ἀλωσιν.

Desunt nobis, quibus aut probare Clementis iudicium possimus aut refutare. A. Weichertus l. a. p. 196. n. 249. de Eumeli exemplo demonstravit, Clementis accusationibus non multum esse tribuendum, et p. 245. iniuriam Panyasidi illatam significavit. Idem iudicat Duebnerus p. 14 a. Longius processit in Clemente reiiciendo G. Mueller. Ep. Cycl. p. 63., ubi eum docta imprudentia aspersit. Sed vereor, ne hoc non sit recte actum. Nam etiam si Clemens nimis auxerit, tantum manet, ut Panyasim in hac parte carminis totum et dispositione et exhortatione dependisse ex Creophyli carmine statuamus. Ita etiam O. Muellerus Dor. II. 474. et Funckius p. 10. Clementis verba intelligi volunt. De argomento Halosis vid. Welcker. Ep. Cycl. p. 229—237., qui apotheosim herois fuisse in carmine suspicatur.

Fragmenta per errorem Panyasidi tributa.

1. 2. 3.

Theocriti idyllia XXIV. XXV. Moschi Megara IV. Vid. supra p. 41.

4.

Telamon ab Hercule ἀριστεῖον τῆς ἐπὶ Πίλον στρατείας accepit ἀλεισον, ut docet Panyasis apud Athen. MS. Casaub. p. 783. l. 34. VALCKEN. Pisandrum, non Panyasim nominat Athenaeus lib. XI. p. 220. ed. Schweigh. HERMANN. ad Soph. Ai. 430.

5.

Etym. M. 266, 16. Sylb. ... ἐνθα καὶ πᾶσι

Αηρὸν βουλεύειν, ἵνα ἔχῃ καὶ πολλὸν ἀμεινον.

Etym. Gud. 142, 23. ... ἔνθεν καὶ παροιμία δηρὸν βουλεύειν, ἵνα ἔχῃ καὶ πολλῶν ἀμεινον. Eustath. ad Il. 1, 417. p. 127, 19. Rom. 96, 21. Bas. I, p. 105. Bekk. διὸ καὶ παροιμία κεῖται. Αηρὸν κτλ. Ad Eym. M. Sylburgius haec annotat: πᾶσι si vitio caret extrinsecus postulat εἰρηγεῖται aut simile quid, aut φασί legendum: nisi forte aliquis existimet, pro auctoris nomine surrepsisse: ut legendum sit Ηαγάσις. Sed lubricae istae coniecturae. Manifestum est, ex Etym. Gud. et Eustath. corrigendum esse ἔνθεν καὶ παροιμία. Hoc verum esse apparet ex iis, quae Gaisfordius Poet. Min. Vol. II. p. 110 sqq. ad Hes. Th. 709. de MS. Dorvill. Etym. M. tradit, cuius notam, ut error removeatur, quantum opus est, hue adscribam: Etym. M. p. 636. pen. Ἡσίοδος ἔνθα.

ὅτοβος δ' ἄτλητος δρόμος, ubi recte MS. Dorvill. ἐν i. e. ἐν Θεογονίᾳ. Prope infinita istius modi menda, quae ex scribendi compendiis male intellectis ortum habent, egregii codicis Dorvilliani ope, Etymologo M. detergeri possunt. Specimen unum atque alterum, ne quid temere effutire arguar, deinceps protraham. Ac primum litteris ζν, quibus supra ἐν Θεογονίᾳ significari manifestum est, saepissime utebantur librarii, si quando vel ζνθα vel ζνθεν exprimere volebant. Proinde istarum vocum constans in veterum scriptis confusio. Etymolog. M. p. 266, 15. ζνθα καὶ πᾶσι MS. ζν
καὶ π/. Praeclare igitur Sylburgius ζνθεν καὶ Ηαγάσις. Eadem forma post nomen Νίκανδρος non ζνθα, uti acceperunt Etymologi editores, sed ζν Θηριαζοῖς designat. Sylburgius non videtur ζνθεν coniecssisse, ut Gaisfordius opinatur. Sed fac illum ita voluisse scribi: vides, utra Sylburgiana coniectura codice Dorvilliano probetur. Gaisfordius alteram festinanter adiecit, quam verisimile est ab eo non probari, cum illud compendium π/, si respicimus Etym. Gud. et Eustath., nihil aliud esse possit, nisi παροιμία. Deceptus est Barkerus, qui Diar. Class. fascc. 24—28. 30. 32. 34. fragmenta epica tractavit et hunc versum Panyasidi tribuit. Recepit versum Dindorfius ed. Lips. p. 270. X, tractavit Funcius p. 34 sq.; secutus est Duentzerus; cautius egit Duebnerus, qui idem verum vidit p. 20 a.

6.

„Θείαντος τοῦ Βῆλον· Thoantem illum appellat apud Apollod. L. III. [14, 4.] Panyasis, ex quo male Ηαγάσιν in Clem. Alex. Admonitione ad Gentes fecerunt librarii.“ Munckerus ad Antonini Lib. Fab. XXIV. p. 222. ed. Verkeyk. BARKER. Nimis indiligerenter Barkerus id quod in lemmate positum est pro fragmendo Panyasidis habuit. Sunt verba Antonini. Quid dixerit apud Apollodorum Panyasis disci potest ex Fr. XIII. Debebat Dindorfius p. 271. XII. errorem corrigere.

Schul-Nachrichten.

A. Chronik des Gymnasiums.

Das Schuljahr begann am 19. April. — Am 15. October feierte das Gymnasium den Geburtstag Sr. Majestät des Königs durch eine Festrede, welche der Rector vor sämmtlichen Schülern und Lehrern hielt. Ein Chor von Händel, von den geübtesten Schülern vorgetragen, eröffnete die Feier, ein *Salvum fac regem* von E. Richter beschloss sie. Die Anwesenheit von Mitgliedern des Hochlöblichen Magistrats und der Wohlköblichen Stadtverordneten-Versammlung und von zahlreichen Göntern der Anstalt trug zur Erhöhung der Feierlichkeit wesentlich bei.

